

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Compendium theologiae veritatis**

**Pseudo-Albertus**

**[Straßburg], 1489**

Inccipit liber quintus

[urn:nbn:de:bsz:31-310125](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-310125)

## ¶ Liber quartus

placiter scz patenter. qz videntibus illis e/  
leuatus est zc Potenter. qz eleuatis mani/  
bus ferebatur. Gaudenter qz in iubilatōe  
ascendit. Decenter qz cū duabus turmis  
regrediebatur. hominū scz z angelorum.  
Non autē dico qz ibi fuerit angeli in adiu/  
torizū necessitatis: sed in obsequium digui/  
tatis Domines quoqz illos dico quos de  
infer is liberauit. z q post resurrectionē vs/  
qz ad ascensionē mortui sūt de numero sal/  
uandoz. nec purgatorio vltierius indigen/  
tes. Item clementer qz bñdixit eis. Chri/  
stus non statim post resurrectionē ascēdit  
triplici ratione. Prima est: qz differēda fu/  
it ascensio vt multipliciter pbaretur resur/  
rectio: vt dicitur i actibus apostolorz. In  
mltis argumentis per dies quadraginta  
apparens eis. Secūda est: vt patientiā no/  
strā informaret. quam mercedē debemus  
equanimiter expectare. Sicut agricola  
non statim post seminationē metit. sed frd/  
ctuum maturitatem expectat. Tercia pp/  
ter discipuloz consolationē. Vñ dicit glo/  
sa Actū. i. sicut q̄tuor fuerūt hore mori:  
ita q̄tuor diebus cū eis cōuersatus est p/  
resurrectionē. qz consolatiō diuina excedit  
tristitiam humanā. Nota qz christo cōues/  
nit descendere tantūmodo de celo scōz na/  
turam diuinam. qz deus illic venire dicit  
vbi speciali effectu apparet. Sed ascende/  
re conuenit ei pprie scōm naturā humanā  
qz scōm illā solummodo mutat locū z nō  
scōm naturam diuinam

De consensu christi ad dexteram p̄ris  
Capitulum XXIII

**S**cedēs christ⁹ in celū: sedet ad dex/  
terā dei p̄ris oīpotentis. Duo in  
telliguntur p dexteraz. Primū est  
equalitas maiestatis ad quam christus se/  
det scōm diuinitatē. de hac dextera ad be/  
bzcos. Talem habemus pontificē q̄ cōse/  
dit in dextera maiestatis in excelsis. Secū/  
do intelligunt per dexteram potiora bona  
gle in quibus deus sedet scōm humanita/  
tem. qm̄ collatū est ei a deo quicqd cōferri  
potuit. Et licet ab instanti conceptionis  
christus acceperit bona gratie z gle in aīa.  
eadē tñ bona fuerūt in ascensione manife/  
stata. z in loci congruentia completa. De  
hac dextera dicitur secūdo ad Colossē. ij.

Que sursum sunt querite vbi christus est  
in dextera vbi dicit glosa. qz sursum vbi se/  
det christus sunt potiora bona gratie z gle  
Dicimus ergo qz ascensio christi fuit tam  
ad locū qz ad dignitatem. In q̄tū quidem  
fuit ad locū: sic ascendit super oēs celos. i.  
vsqz ad dignissimū locū celi empiree. siue  
ad altissimam eius partem. eo qz nobilis/  
simo christi corpori congruit talis locus.  
Nō est tñ dicendū qz corpus christi sit ob/  
ligatū ad illum locum. s; quia ille locus  
fuit ei scōm congruentiam deputatus. In  
q̄tū autē ascensio fuit ad dignitatem: sic se/  
det ad dexterā patris. non tamē quo ad si/  
tum q̄ p̄ri non p̄petit. sed quoad excellenti/  
am duplicem sicut dictum est. quia per dex/  
teram intelligitur vel equalitas maiestatis  
que cōpetit christo fm̄ diuinitatem. vel p/  
fectio p̄mū: que sibi cōpetit fm̄ huma/  
nitatem. P̄tereundū quoqz non est qz cre/  
dimus christum ad dexteram patris sedē/  
tem. stephanus autē vidit eū a dextris dei stā/  
tem. qz nos credimus eū regnantem z q̄el/  
centez: que notantur in sessione. sed stepha/  
nus in tribulatione positus habuit ppug/  
natorem z susceptorem. vnde vidit eū stan/  
tem. Verito christ⁹ dicitur sedere ad dex/  
teram patris: sedere quidem: qz laborauit.  
In laboribus fui a iuuentute mea zc. Ad  
dexterā autē. quia diu fuit in sinistra aduer/  
sitaris. Psal. Afflictus sum: z humiliatus  
sum nimis. Dei vero dicitur. qz post abie/  
ctionem merito sequi debet gloria. Unde  
Qui se humiliauerit: exaltabitur zc

Explicit liber quartus

Incipit prologus quinti libri

**Q**uemadmodū deus de celis non  
descendit per cēntiam suam incō/  
mutabilem: sed per influentiaz ab  
ipso manantem. Ita nec spūs rationalis  
eleuatur supra se per situm localem. sed p/  
habitus deiformem. Unde necesse est spūi  
rationali si debet cē dignus eterne beatitu/  
dinis: qz particeps fiat influentie spūalis

Explicit prologus

# Liber quintus

Incipiunt tituli capitulorum quinti libri.			
De origine gratie	i.	De secunda.	
Distinctio gratiarum	ii	De tertia.	cliv
De effectu gratie	iii	De quarta.	
Quid sit virtus	iiii	De quinta	li
De qualitate virtutum.	v	De sexta	lii
De equalitate virtutum	vi	De septima	liij
De connectione virtutum	vii	De octava.	liiiij
De commendatione virtutum	viii	De sensibus spiritualibus	liiii
De effectu virtutum.	ix	De fructibus spiritus	liiiii
De merito virtutum	x	De dulcia et latria	liiiiij
De habilitatione ad gratiam	xi	De preceptis in genere	liiiiij
Ex quibus causetur meritum	xii	De primo precepto decalogi.	liiiij
De fine actionum	xiii	De secundo.	liiiij
Quid mereamur.	xiv	De tercio	liiiij
Divisiones et differentie virtutum	xv	De quarto	liiiij
Differentie virtutum cardinalium et theologicarum	xvi	De quinto	liiiij
De virtutibus theologicis in genere	xvii	De sexto	liiiij
De fide.	xviii	De septimo	liiiij
De effectu fidei.	xix	De octavo	liiiij
De articulis fidei	xx	De nono et decimo	liiiij
De spe.	xxi	De consiliis in genere.	liiiij
De charitate	xxii	De consiliis eiusdem in spe.	liiiij
Differentia inter caritatem et alios amores	xxiii	Expliciunt tituli quinti libri.	
De effectu charitatis.	xxiiii	Incipit liber quintus	
Quibus rebus charitas comparetur	xxv	De origine gratie <span style="float: right;">Capitulum I</span>	
De excellentia charitatis	xxvi	<div style="font-size: 2em; font-weight: bold; color: blue; margin-bottom: 5px;">M</div> <div style="font-size: 1.2em; color: blue; margin-bottom: 5px;">D</div> <div style="font-size: 1.2em;">                     gratia non potest esse per se venire cum non sit hoc secundum limites nature sed secundum influentias largitatis diuine. Sic enim creatura per sua defectibilitate suo principio se indiget ut sit in esse nature. sic principium per sua bonitate influere non cessat creature rationali vitam spiritalem ut bene sit in esse gratie. quam habere non potest sine deo largitore. Verum tamen in excusabilis est homo si gratiam gratum facientem non recipit. quia gratia gratis data seipso est liberum arbitrium excitare et commouere. cuius est huic commotioni sentire. et hoc est quod in se est facere. quod sancto poterit homo gratiam gratum facientem habere. quia est ad gratiam gratum facientem se preparare. Quia uis ei gratia habeat dei dono efficiet: non tamen sine libero arbitrio sentire. quia sicut ait augustinus. Qui creauit te sine te: non iustificabit te sine te. Igitur gratia gratum faciens a tribus est sed aliter et aliter. Est enim a deo efficiente.                 </div>	
De virtutibus cardinalibus in genere	xxvii		
De prudentia.	xxviii		
De temperantia.	xxix		
De fortitudine.	xxx		
De iusticia	xxxi		
De donis	xxxii		
De dono timoris	xxxiii		
De timore seruili	xxxiiii		
De timore inicali	xxxv		
De timore filiali	xxxvi		
De dono pietatis	xxxvii		
De dono consilij	xxxviii		
De dono scientie	xxxix		
De dono sapientie	xl		
De beatitudinibus in genere	xli		
De prima beatitudine	xlii		

Gratia gratis data liberum arbitrium

# Liber quintus

excitante et mouente a libero arbitrio consentiente. Quamuis enim liber arbitrium non possit gratiam efficere in boie: pot tñ se ad hoc habilitare et preparare q̄ habeat. Sicut ei nō potest illuminare aliq̄s domū potest tamen aperire fenestras. quo facto: sol intrat et domū illuminat. Quod at̄ dico de libero arbitrio consentiente. intelligo i ad ulto. qz in paruulis sufficit fides et sacram̄ tñ ecclie. et meritū xpi. et excusat impotentia fut. Sciendū etiam q̄ habilitatio et p̄paratio ad gratiam triplex est. scilicet efficiens formalis et materialis. Prima est a deo. Secunda ē gratia gratis data. Tercia a nobis. Anima nāq̄ habet facultatem et instrumenta diligendū et cognoscendū deum ex natura. sed nō habet cognitionē veritatis et ordine dilectionis nisi ex gr̄a. Ad opera bonaria nos incitant scz natura q̄ scripta est in corde hominis dicens. Quodcūq̄ vultis ut faciāt vobis homines: et vos facite. Ratio q̄ dicit ea eē delectabilia vtilia et honesta. Gratia que dicit seruendū eē deo. qz sum me bonus. Utilitas que dicit subueniendū primo. qz dei filius. qz dei imago. qz i bñtudine socius. Gr̄a nō datur ei q̄ se ad gratiā nō habilitat. Et de hoc multa exempla habes scz in illo qui manū suā ad largientē non extendit. quia deus quantum in se est: dat omnibus affluenter. In illo q̄ oculos contra lumen claudit. cū de faciat oriari solem sup bonos et malos. In illo q̄ fontem recipiens fundū vasis sursum erigit. quia sicut ait augustinus. In genti libertate atq̄ libertate replet oēs creaturas p̄ capti earum. In illo qui domū suam cingit spinis ne ingrediatur amicus. Ipe vero de se p̄stat ad hostiū pulsans. In illo q̄ zizania ex agro suo nō extirpat p̄pter qd̄ fructus p̄ficere nō p̄nt. In illo q̄ ligna igni subtrahit qz tñ ignis deficit. In illo q̄ os ad sumendū cibū aperire negligit. qz talis debet merito fame mori. In illo q̄ t̄pugne arma p̄cūt qz talis sepe capitur et vulnerat. Item i illo q̄ remos non mouet t̄p̄ tempestatis. qz talis sepe mergit. In illo q̄ existens in egritudine medico contradicit. Gratia vobis a deo p̄cedit sicut radius a sole. sicut gemma a radice. sicut mel a flore. sicut riuus a fonte: sicut imago ab artifice fm̄ exemplar in

terius: et facturā exterius  
De distinctione gr̄az

Capitulum II

**G**ratia dicitur tripliciter. Primo generaliter. Et sic gr̄a est adiutorio diuini creature gratis imp̄sum. et differenter ad quemcūq̄ actū. sine huiusmodi adiutorio gr̄e nihil possumus facere. immo nec in esse durare. Secundo dicitur gr̄a specialiter. Et talis gratia dicitur gratis data. scz donū q̄ se homo p̄parat ad suscipiendum sp̄s sancti donū. Huiusmodi gr̄a est reuocare liber arbitrium a malo. et excitare ad bonū. sine q̄ nullus facit sufficienter qd̄ in se est: vt se p̄paret ad salutem. Tercio dicitur gratia proprie scz donū datū diuinitus ad merēdū. Quod dēdonū gr̄a gratū faciēs appellat. sine ista gratia nullus potest mereri. nec in bono p̄ficere. nec ad gl̄am puenire. Isti tripliciter gratia innuitur in verbis apostoli vbi ait. Gratia dei sum id quod sum. ecce p̄ria. Et gratia dei in me vacua non fuit. ecce secunda. Sed gratia eius semper in me manet ecce tertia. Preter p̄dicta dicitur gratia gratis dāns: vt est deus. Item gratia gratiē dignum vt est p̄betia et potestas faciendi miracula. Gratia gratū faciēs d̄ distinguit in operantem et cooperantem. Gratia operans dicitur p̄ueniens et incipiens ac liberās. qz peccatum expellit. Gratia cooperans dicitur subsequens et perficiēs ac adiunās. qz liber arbitrium adiunat: et cooperatur in merito. Triplex distinguit bonū. Est enim bonū per eētiam. et hoc est deus. unde nemo bonus: nisi solus deus. Est etiam bonum per participationem. Et illud distinguitur. Quia est bonum nature. Unde augustinus. Omne quod est in q̄ntū est bonū ē. Bēn. Vidit deus cuncta que fecerat: et erant valde bona. Itē est bonū in genere. hoc est bonum ex obiecto: sicut est elemosina. Nam est ibi actus in debita materia: etiam si desit forma circūstantiarū. Itē est bonū ex circūstantia. Hoc autē est quū bonū ex genere vestitur debitis circūstantiis sicut est dare elemosinam indigenti tempore debito ex compassione. et huiusmodi. Item est bonum virtutis. hoc est quando additur operi perfectio ex parte operantis q̄ est p̄ habitū mētis bene constitute. Itē ē

Gr̄a nō datur nisi  
nō habilitat ad eam

33

Efficient  
Dūq̄ bonū  
Participatū et illud  
quod est malū  
Mānē  
Virtutis  
Gr̄a  
Gr̄a

# Liber quintus

bonū meritozum . vt quādo additur ipsi operi debiti finis intentio super motū naturalē. Itē est bonū gratie . vt est ipse habitus gratum deo faciēs . Item est bonus glorie vt est bonū remuneratiōis eterne .

## De effectu grē Laplm III

**E**ffectus grē est : q' excitat libere arbitriū ad bene cogitādum . z sanat psum mutādo affectū ipsū q' probat perducendo ad actum Itē gratia deum homini recōciliat . a peccato quoq' liberat z penam eternā in temporalem commutat . Item grā opera nostra meritoria facit . z bona p peccatū obmissa restituit . atq' stabulum in palacium conuertit . Itē p grām efficitur aīa sponsa christi . filia regis eterni . z templū spūs sancti . Item grā purgat animam ac illuminat z perficit Itē grā mentem eleuat . deo similit . ac spūali solacio cibatur . Nota q' quāuis virtus gratuita si mul insit aīe cū gratia : nō tamē habet effectū suū tam cito sicut grā . qm effect' grē est facere gratū deo . z facere dignū vita eterna . Et hic effectus statim inest puero post baptisimum . Virtutis autē effectus est elicere actū meritozū de potentia . Et hic effectus non statim inest puero post baptisimū . Hoc autē non est ppter defectū virtutis sed ppter impotentia nature agentis . puer ei non est abilis ad actus voluntarios Unde sciendū q' triplex est pfectio . Prima est grē . z causat esse gratū . Secūda est virtutis z causat bonū actum Tercia est operis virtutis : z causat meritū . Prima pfectio perficit animā . Secūda perficit anime potētiās . Tercia perficit ipsos actus

## Quid sit virtus. Laplm III

**U**nde de virtutibus est agēdum . z primo quid sit virtus . Virtus est vt ait Augusti . bona qualitas mētis . qua bene viuuntur : qua nullus male vitur . quam solus deus in hoīe operatur . Hec diffinitio datur in comparatōe ad agētiē . Item fm augustinū Virtus ē habitus mentis bene cōstitute . Hec datur i comparatōe ad subiectum in quo est . Itē dicit philosophus Virtus est habitus voluntarius immediate cōsistens quo ad nos terminata ratione put sapiens determinabit . Hec diffinitio datur in comparatōe

ad actū circa quem est . Item tullius . Virtus est dispositio pfecti ad optimum . Hec datur fm cōparationem ad finē . Item vltimo . Virtus est animi habitus . nature deus . vite ratio . mox pietas . cultus diuinitatis . honor hoīs . eterne beatitudinis meritum . Hec diffinitio dat' in comparatione ad effectū . Diffinitio augus . sic exponitur Virtus est bona qualitas . hic ponit qualitas p genere . bona vero dicitur ad diuinas malatū qualitātū anie . dicitur quoq' bona qm a bono deo datur . z bonos tm in habitat . z bonos facit . z ad bonum perducit . Hec ponitur ad differētiā qualitatum q' sunt in corpore . Quia bene viuuntur ponitur ad diuinā qualitātū quibus recte intelligitur : sicut est scientia . Quia nullus male vitur ponitur ad differētiā qualitātū . quibus bñ z male vti possum' Quia solus de' in homie operatur . ponitur ad differētiā virtutum cardinaliū . que habent p acq'sitionē . Circa aliā diffinitioē augus . notandū q' ibi ponitur habit' mētis bene cōstitute . z hoc ad similitudinē regni : quod tūc bene instituit quādo recte cōsulitur z bene imperat z iuste obedit . eodē mō bene instituta est mēs si ratio recte cōsulit si voluntas bene imperat . z si sensus a litas debito modo obtemperat . Et bimologia virtutis est hec . Virtus enī dicit' quasi vis intus . z hec vis consistit in aggressione arduozū z in tolerantia aduersozū z in abstinentia placidoz . Item virtus dicit' quasi viros nitens Item virtus dicit' quasi si vix tuens . Item virtus dicit' quasi viri status Item virtus dicit' quasi viribus nitens .

## De qualitate virtutū. La.V.

**Q**uia virtus in medio consistat : Illud medium in tribus est . scilicet in agēdis . scz inter supra z citra modū . Apосто . Rationabile sit obsequiū vestrum In habendis scz inter supfluum z indigentia Prouer . Diuitias z paupertates ne dederis In sustinēdo scz inter eleuari in p'speris . z deici in aduersis Unde non declinabis ad dexteraz vel ad sinistra Multipler est perfectio . scilicet . sufficiētē hāc oēs habent in charitate existētes . Qu

*De Aug' in 124 p  
d' Virtute in p'g 2 p  
ultima p'p'ntia p'p'  
quid d' q'*

*Triplex quā est  
mētis virtutis scz  
cū q' d' d' p'p' p'p'  
Iug' d' d'*

*Virtus quātriplex  
diffinit' p' q' d'*

- subiectum*
- actum*
- finem*
- efficit'*

finis huius proprium est servare continen-  
tiam Religionis huius proprius est rensciare  
omnib<sup>9</sup>. Prolationis: ad hos pinet aiaz  
ponere pro onibus suis. Securitatib<sup>9</sup>: hu-  
ius proprius est habere mortem in desiderio et  
vita in patientia. Ad primam perfectionem  
tenetur quilibet. ad ultimam vero nullus te-  
netur. Sed ad tres medias tenentur aliq<sup>9</sup>  
ex causis. Virtus comparat multis reb<sup>9</sup>.  
scz auro. Ecclesiasti. Aur<sup>9</sup> probat fornar.  
Thesau<sup>9</sup>. Barb. Sile est regnu<sup>9</sup> celozu<sup>9</sup>  
thesau. ab. Gemmis. Eccles. quasi vos au-  
ri solidu<sup>9</sup> oz nati omni lapide precioso. Ar-  
mis. Reg. Nno ceciderunt fortes in bello.  
et interierunt arma bellica. Arborib<sup>9</sup> Bar.  
omnis arbor bona: bonos fructus facit.  
De hoc hugo d<sup>9</sup> san. victore Arbor sapie p  
timore seminat. p gratiam irrigat. Per su-  
dem radicatur. p deuotione germinat. per  
desiderium crescit. p charitatem roborat.  
per spem viuet. p circumspectionem frondet  
per disciplinam floret. per virtutem fructi-  
ficat. p patientiaz maturescit. p more car-  
pitur floribus etc. Frontibus. can. Fons  
ozoz puteus aquaz. Semis. Prouer.  
vie eius vie pulchre. et oes semite Vestib<sup>9</sup>  
Psal. astitit regia a dex. tu. Stell. barnib<sup>9</sup>  
Stelle lum<sup>9</sup> dederunt Pigmētis. can. que e-  
ist a q ascendit per deser. Libarijs. vii cib<sup>9</sup>  
mens est: vt facia voluntatem pa. m. Alis.  
psal. assumo pennas sicut columba. Tres  
sunt bone conditiones virtutis: que sunt  
reptatois remotio. actuū multiplicatio. In  
bono. delectatio. Primum ipaz virtute i radice  
firmat. Secundum quasi florid<sup>9</sup> decorat. Ter-  
cium sapore fructuū delectat. Simlr dicen-  
dum est: qz ad consumationem virtutū qz/  
tuoz ista concurrūt. scz dispositio pparas.  
habitus in formās. operatio pbanē. pre-  
mium coronans.

Hy operantes vni  
115

Indivisibiles  
vniuersales

De equalitate virtutum  
Capitulum VI

**V**irtutes omnes in eodem homine  
sunt equales licet inter se distincte  
sint. et proprias habentes excellentias  
Et hec equalitas in multis consistit. Equas  
les namq sunt virtutes. Primo quantum ad es-  
sentiam. quod omnis virtus est simplex. Secun-  
do quantum ad equalem conditionem in anima.  
secundum quod in ipsis est. Tercio quantum ad relas-

tionem ad eundem finem. quod omnes propter de-  
um operantur. Quarto quantum ad equalem  
effectum. quia equaliter faciunt dignum vitam  
eterna. Quinto quantum ad equalem facultatem  
ad actus suos quantum in ipsis est nisi impedi-  
antur. Sicut virtutes equales sunt predictis  
modis. ita sunt inequales alijs modis.  
Primo quantum ad vsum: quod virtutes sunt si-  
cut arma. sicut miles nescit equaliter pug-  
nare cum omnibus generibus armorum quod  
habere: imo melius pugnat cum illis que frequen-  
tius vsitauit. sic est de virtutibus. Secun-  
do quantum ad auctoritatem. quod secundum hoc maior om-  
nibus virtutibus est caritas. et quilibet vir-  
tus potest esse maior alia secundum aliam pro ga-  
tione quam habet. vel secundum aliquem effectum.  
Tercio quantum ad seruitorem. quod vna virtus ser-  
uientius alia operatur. Sciendum etiam: quod ea-  
dem virtus non est equalis sibi sepe. Rescitur  
enim virtus te multis modis. scz quantum ad inie-  
tionem. quantum ad radicationem. quantum ad poten-  
tiam virtutis. quantum ad maiorem expulsi-  
onem diuine similitudinis. quantum ad diutur-  
norem permanenciam. Preterea notandum: quod  
crescente vna virtute: crescunt omnes. et habet  
exemplum in cythara: in qua si debet esse de-  
bita proportio sonoz: necesse est: vt quando  
vna corda tenditur. etiam alie omnes tendan-  
tur. ne in armonia fiat dissonantia. Quare  
autem polleat aliquis vsu vnius virtutis  
amplius quam alterius. multe sunt rationes. Pri-  
ma est: quod deo sic placet. qui etiam dator est vir-  
tutis. Secunda est natura complexionis que  
magis est consona operibus vnius virtu-  
tis quam alterius. Tercia est vsitatio. quod magis  
exercitauit se circa vnam virtutem quam circa aliam  
Quarta est: quod minus impugnatur a vicio  
contrario illi virtuti. Quinta. quod maiorem  
habet discretionem in operibus vnius virtu-  
tis quam alterius. Quilibet enim virtus habet  
suas proprias rationes. Sexta est difficultas sta-  
tus. quod cum de nouo quis conuertitur licet ha-  
beat maiorē charitatem quam alius: qui diu fuit in  
charitate. non est tamen expeditus ad bonum  
agendum: sicut ille. propter reliquias peccatoz  
que adhuc inheret. Magnitudini sciencie  
videre debet magnitudo virtutis. Et hoc  
multiplici ratione. scz ratione exempli diuini. Ioh-  
han. Plenus gratia veritate. Lu. Potens in  
opere et sermone. Actum. Lepis iesus facere

Virtutes in quibus sunt equales  
Virtutes in actibus sunt in equales  
Suscipiente vna mente omnes se sunt

Sex virtutes in equalitate vsus  
Magnitudo virtutis fit ex 3  
Sciencia  
obligatio  
pena

## Libri quintus

et docere. Ratione exempli angelici. quanto plus cognoscunt: tanto plus diligunt. Ratione exempli humani. **Barbei.** Qui autem fecerit et docuerit: hic magnus. Ratione exempli naturalis. quoniam lux et calor in sole proportionantur. Ratione obligationis. **Luce.** cui plus committitur. Ratione pene declinationis. **Luce.** Seruus sciens voluntatem domini: non facit. **re.**

**De connectione virtutum. La. vii.**  
**Q**uoniam sunt sibi conuenientes virtutes: ita: ut qui unam habet: omnes habeat. Prima ratio est largitas dei dantis: qui non dat unam sine alia. Secunda ratio est: quod sicut unum membrum indiget alio: sic et in virtutibus. Tercia ratio est: quod sicut in cythara: si una corda defuerit: non est armonia perfecta. ita nec in anima perfecta erit spiritualis melodia: nisi omnes assint virtutes. Quarta ratio est: quod singula vicia sunt aliquae virtutes. ideo omnes oportet habere virtutes: ut omnia vicia impugnetur. Nam sicut miles mundi non est expeditus: nisi habeat omnia arma militaria: ita nec miles christi: si aliqua virtus sibi defuerit. Quinta similitudo est: quod sicut stelle in planeta suis spiritibus sunt: ita virtutes oportet esse in anima. Sexta est: quod anima est sicut vas auri ornata omni lapide precioso. id est virtutibus. Septima quod anima quasi ortus nobilis: cui non deest decore alicuius floris vel arboris. Octava. quod anima est sicut apotheca: cui non deest medicina alicuius pigmenti vel radices. Et que de connectione virtutum dicta sunt in / telligi debent de virtutibus gratuitis: quod omnes quo ad habitus sunt connexi. sic quo ad actus meritorios sunt equales. Et licet simul sint virtutes: tamen aliquae dicuntur matres virtutum: non quod habitus virtutis generet virtutis habitum. sed motus motum. sicut dicit **Bern.** Lectio inquit parit cognitionem. cognitio amorem. amor frequentiam. frequentia familiaritatem. familiaritas fiducia. fiducia facilius impetrationem. Secundum hunc modum quattuor dicuntur esse matres virtutum. scilicet fides origine. quod ex motibus fidei surgunt motus aliarum virtutum. Caritas educatione. prudentia regimine. humilitas conseruatione. **Vicia vero non sunt connexa sicut virtu-**

tes. Ratio huius est. quod vicia sunt in nobis et operibus nostris. que simul non sunt. Virtutes autem theologice non sunt in nobis per acquisitionem: sed per infusionem. Alia ratio est: quod vicia sunt opposita ad invicem: sicut auaricia et prodigalitas. quod non est in virtutibus.

**De commendatione virtutum. La. viii.**  
**V**irtus commendabilis est. Prima a causa efficiente que est deus. ipsam enim ut ait **aug.** solus deus in homine operatur. Secundo a causa materiali. in qua quia non nisi bonos inhabitat. Non est sic de bonis naturalibus et fortuitis. quod talia pluit deus super iustos et iniustos. Tercio a causa formali. quod decore est spiritualis. **psal.** omnis gloria eius. Quarto a causa finali. **augustinus.** premium virtutis est ipse quod virtutem dedit. Virtus est bona multipliciter. Primo in se. quod sicut dicit **augustinus.** virtus est bona qualitas mentis. sicut bona est possessio que propinqua est ciuitati. hec autem in tra ciuitatem est quod in anima. Secundo in comparatione. **Hebre.** Oprimus est gratia stabilitate. Tercio in operatione quod bonum facit opus hominis quod non esset meritozium nisi ex virtute procederet. **Brege.** nihil habet viriditatis ramus boni operis nisi manserit in radice charitatis. Quarto in permutatione. quod de lupo facit agnum: et tenebras conuertit in lucem. **Salam.** ei culpe mutatur in bonum gratie. et malum pene mutatur in bonum glorie. quod signatur in conuersione aque in vinum. Quinto distinctione. quod per virtutes distinguuntur filii dei a filiis diaboli. **Jo.** In hoc cognoscent homines. quod mei estis discipuli si diligitis. Sexto in exemplificatione. quia omnes sancti studebant virtutibus. Unde commendamus in abel innocentiam. in abraham obedientiam. in ioseph continentiam. in moysi mansuetudinem. in dauid humilitatem. et sic de aliis. **Laudabilis est virtus propter multa.** quod magne dignitatis. christum ei doctorem habuit. Unde illud. **Discite a me.** quod mihi. **re.** Quod magne sublimitatis. **Lul.** Virtus imago est altissimis defixa radicibus. Quia magne iocunditatis. **psal.** In custodiendis illis retri. Quia magne utilitatis. **Boecius.** Nam quod sine pena sunt vicia: et nunquam sine premio

Virtus commendabilis  
ex 2.

Virtus bona ex 5.

Virtus laudabilis  
ex 4.

Virtutes motus in se sunt connexi  
Vicia non sunt connexa. **quod sic**

# Liber quintus

sunt virtutes. Quae magne securitatis. Tullius. Dico enim sapientia est: ut omnia tua i te posita esse dicas. Comedabilius est studium virtutis studio scientie ratione exempli. quia sci sic fecerunt ratione auctoritatis. apostolus. non in sermone est regnum dei: sed in virtute. Ratione effectus. quia virtus peccatum expellit. scientia non. Ratione origis. quia virtus a deo infunditur. scientia per studium acquiritur. Ratione finis: quia virtutis finis est gloria et non scientia. Ratione obiecti: quia virtutis obiectum est bonum: scientia vero. Ratione materie in qua: quia virtus non est nisi in filiis dei. scientia non semper. Ratione securitatis: quia securius est esse bonum: quam periculum. Ratione honestatis: quia maior gloria est sequi dominum quam a restorilem. Ratione vitandi malum: quia primi parentes si credissent manum ad lignum vite sicut ad lignum scientie non incurrissent tot mala in se et in posteris. De effectu virtutum. La IX.

**V**irtutis gaudium precellit gaudium mundi. In iugitate. Proverb. Secura mens quasi iuge conuiuium sed gaudium hypocrite ad instar punci. sicut dicit iob. In puritate conscientie sic mundus quiescit in floribus quam in luto. In dignitate. Glo. ad Gal. Elatio animi de his que digna sunt gaudium mundi de indignis est. In salubritate. Sapientia. Nihil vtilius i vita hominibus. Econtrario. Proverbi. Ex terra ma gaudium lucet occupat. In libertate. apostolus. In libertate vobis sumus. peccatorum autem ligati estis. Pro omnibus funibus peccatorum suorum vniuersis. In diuina partialitate. augustinus. Tale bonum est deus ut nemini deserenti eum beneficiis sit. nota contrarium in malis. virtus operatur mira multipliciter. scilicet in celo cui vim facit. vni regnum celorum vim patitur. et violenti rapiunt illud. In mundo quia custodit hominem ne comburatur igne concupiscentie. et ne mergatur in aquis voluptatis et ne inquies vicio in continentie. et ne laceretur spinis auaricie. In corde humano. quia vulneratum sanat. inquinatum mundat. mortuum viuificat. excecatur illuminat. In inferno quia ignis infernalis non potest ledere virtuosum: sicut nec ignis materialis salaman dram. Virtus rationalem illuminat ad cognitionem veri. Concupiscentiam exercitat ad amorem boni. Irascibilem etiam confortat ad detestationem mali. In deo assumitur. quia per vigorem virtutis. filio autem per virtutis plenitudinem.

doz. sed spiritu sancto per charitatis fervorem Angelis conformat. Jeroni. In carne preter carnem vivere nature est angelice: non humane. Dicitur iocundat. ornatur. subleuat. honorat. sanat. viuificat. cibatur. datur. et mundatur. Item virtus mala preterita expellit. peccata impugnat. a futuris premunit. In virtute mentem bene instituit. dilectum hominem deo efficit. fructum tam meriti quam premii adducit. temporalia discrete disponit. que in se sunt difficulta leuia facit. Sicut ea que deca sunt declarant nobis effectus virtutum generales. ita sunt etiam singularium virtutum effectus aliqui speciales. sicut est: quia humilitas deo subiecit. penitentia deo reducit. iusticia deducit. obedientia conducit. patientia producit. puritas iungit. charitas deo vnit.

**D**e merito virtutum. Lapsum. Meritum est boni operis efficacia ad obtinendum id quod non habet. vel ad habendum iustus quod habet. Vni per meritum de non debito fit debitum: et ipse debitum fit magis debitum. Sicut dicitur equum quem miles non dedit meruit: sed per usum equi meretur eundem equum reddat. id est. Ad intelligendum deca sciendum quia triplex distinguitur meritum. scilicet congrui digni et condigni. Meritum congrui est quod disponitur subiectus: ut possit recipere gratiam secundum rationem diuine iusticie. Istud vocatur dispositio materie. scilicet quoniam quod facit quod in se est. Meritum digni dicitur ydoneitatem operantis ad assequendum id quod meretur. Meritum condigni dicitur equalitatem meriti ad remunerationem. Dico autem equalitatem: non arithmetica: sed geometrica. id est non quantitatis sed proportionis. Et illud patet. quia deus remunerat supra meritum sicut punit circa condignum. Vni non est inter primum et meritum equalitas quantitas: sed proportio. quia apud deum non est iusticia commutativa cum nulli debeat aliquid. sed distributiva. Vocatur autem iusticia commutativa iusticia fori qua datur vni panis pro denario vel vna panni pro solido. Iusticia vero distributiva est principium quod distribuunt dona secundum proportionem ad merita et ita est apud deum. Vni apostolus. Vni quisque accipiet suam mercedem secundum iustitiam suam. Dicitur ergo quod nisi sibi mereat primum gratiam merito digni vel condigni sed tamen merito congrui. Sicut existens in caritate: non potest alteri mereri primam gratiam.

Et hinc per Comedabilius  
210. Comedabilius  
pe. 9. p.

Contra per Virtutis  
gud. hinc. pe. 5.

5. Virtus operatur  
pe in Tripartita operatur  
Eius gaudium libens hinc

Mentis 37. migne  
+ hinc p. 10. m. p. hinc

Mentis 3. p. 10. m. p. hinc

Congruum  
Condigni  
Digni  
Comparatione  
Interpretatione  
Ornamentibus  
Equitatis

# ¶ Liber quintus

merito condigni. sed merito digni et merito congrui. Potest autem existens in gratia mereri sibi augmentum gratie ex condigno et per consequens merito digni. et merito congrui put ista supra sunt exposita. Prefati tres modi merendi generaliter habentur. vñ et si alii inveniunt ad eosdem tres reduci poterunt. Cui ergo dicitur quod beata virgo meruit portare christum: intelligitur comparatione. id est meruit quod ipsa potest portare debuit quod alia. Vel potest intelligi merito digni. Item mali dicitur mereri poenitentia. quod nullum bonum irremuneratum: sicut nec ullum malum impunitum. sed istud dicitur improprie. quod opera in mortali facta: non sunt directe bona. cum non sint informata charitate. tunc quod opera talia aliquid boni habent: deinde interpretatur ea ut bona. et aliquid dat per eis. Item peccator quicquid meretur gratiam ob castitatem: quod pauper interdum obtinet benevolentiam gratiam suis precibus. quod peccator occasio fuerit elemosine. Item satis improprie sumitur meritum ubi dicitur Felix culpa. quod talem meruit bene reddere propter. ibi enim ponitur meruit per exigebat.

De habilitate ad gratiam. Ca. XI

**Q**uia nullus sibi mereatur primam gratiam: sic deum est potest tamen peccator a/bilitate se ad gratiam: faciendum quod in se est. quod nulli talium gratia denegatur. habet enim ex merito digni vel condigni. sed congrui. Hec vero congruitas multo magis est ex parte bonitatis dei gratiam conferentis. quam ex parte hominis se ad gratiam habitantis. quod si paratus est ad gratiam. et etiam in infusione gratie habet se aia ad modum materie. ipse vero deus ut primum mouens et efficiens. Alia ratione patet quod ista congruitas magis est a deo quam ab homine. quod abilitatio quod est ex parte hominis: solum modo dat locum diuine misericordie. quod salua iusticia possit aliquid conferri gratiam. quod iniuria fieret diuine iusticie: si tamen daretur gratia in qua esset adhuc obex gratie. id est peccati voluntas. Sufficiens igitur abilitatio ad gratiam est si homo facit id quod in se est. Facere autem quod in se est tria spectant. scilicet ut homo actu peccati et voluntate peccati desinat. et conetur in bonum ut est sibi possibile. Nota quod oportet meritum vel demeritum acquiri in hac vita. Item non bonum facere sed bene facere: laudabile est non ei verbis sed adverbis meremur.

Ex quibus causet meritum. Ca. XII

**P**era meritoria totaliter sunt a gratia et totaliter sunt a libero arbitrio. licet principaliter a gratia. quod gratia comparatur ad libe-

rum arbitrium: sicut sessor ad equum. sicut et sessor dirigit equum: ita gratia dirigit liberum arbitrium in exercitio virtutum. per nos enim malum facere possumus sed non bonum. Ad efficaciam merendi tria valent. Primum est difficultas operis: quod patet in martirio sanctorum propter magnitudinem voluntatis. Apollonius Hilarum dato rem diligit deus. Tertium magnitudo charitatis. Ipse charitas est pondus sanctuarum secundum quod omnia que in templo erant ponderabatur. Ad hoc quod aliquid opus sit meritorium tria requiruntur. Primum quod ipsum opus fiat in charitate. quod opera que sunt extra charitatem: mortua sunt. sicut carbo extinctus. Secundo quod fiat ex charitate. multa enim sunt in charitate que non sunt meritoria: et eo quod non sunt ex charitate. quod non referuntur ad finem debitum. Tertio quod sit ipsum opus ad bonum referibile. hoc ideo dico. quod mala non possunt bona intentione fieri: alioquin sequeretur absurditas. quod idem opus esset meritorium et demeritorium. At creduntur in merito tria ex parte hominis. scilicet subiectum: hoc est anima. item liberum arbitrium. item intentio sine finis. His tribus respondent tria ex parte dei scilicet gratia virtus et charitas. Et gratia quidem dicitur subiectum deo gratum. virtus autem abilitat liberum arbitrium. charitas vero intentio dirigunt ad finem debitum. Dicit trimegistus. quod meritum consistit penes liberum arbitrium occasionaliter. hoc dicit quod liberum arbitrium facit ad meritum: sed non sufficit. Penes virtutem formaliter. hoc dicitur. quod ex virtute tangit ex forma procedit motus. Et elicitur de potentia penes motus virtutis essentialiter. hoc dicitur quod motus essentialiter est meritum: quod penes ipsum est. Penes gratiam efficaciter. hoc dicitur quod sine gratia nullus motus est meritorius. Penes opus instrumentaliter. hoc dicitur quod opus exterius est quasi causa instrumentalis ipsius meriti. Nota generaliter quod non meremur sine gratia neque passionibus in quantum passionibus neque motibus naturae. Dicit et philosophus. Natura neque boni neque mali sumus. neque iniuri. Augustinus. Nemo iniustus bene facit. etiam si bonum est quod facit. neque arbitrio libero ligato. quod quidem non habet usum rationis et liberi arbitrii: eo non est meritum vel demeritum. sicut sunt infantes dormientes. infantes. animalia bruta

De fine actionum. Cap. XIII

ad merendum dignum  
 Difficultas operis  
 Ponderabatur us.  
 Caritas ex hoc dicitur  
 Ipse gratia  
 Referibile opus

Li. beati in hunc deus forma liber  
 Virtutum formaliter  
 Meritum consistit penes motum virtutis essentialiter  
 Gratiam efficaciter  
 Opus in se meritum habet

# Libertus quintus

**Q**uia meritū vel demeritū circa finem actionū attenditur. Ideo nota regulas de hac materia. Ex fine dicitur actus bonus vel malus. malus actus non fit ex fine bonus. Una intentio multos actus informat. vt si aliquis intendit vnū solidū dare p̄ dō: ita q̄ quotidie vnū denariū si quādoq̄ sui obliuiscitur: z n̄ refert, donationē alicuius vel aliquoz denarioz actuali in deū: tñ donatio est meritoria p̄pter primā intentionē. Finē sub fine poterit q̄s ponere. Verbi gratia. aliq̄s intendit ire ad for̄ ad hoc: vt remat medicinas. ad hoc emit eas vt curetur ab infirmitate. ad h̄ curari desiderat: vt deo meli⁹ seruiat. in isto p̄cedētes volūtates oēs sūt meritorie p̄pter vltimā. Scdm̄ vltimū ei finē oēs p̄cedētes volūtates indicātur bone vel male. Diuersi fines nō sunt faciendi. q̄ r̄ vnus nō sit ad aliū referibilis. verbi gratia. Aliq̄s intendit ire ad vnā domū ad hoc vt luxuriet. ad hoc luxuriari vult: vt sanior sit. ad hoc vult ee sanus: vt deo seruiat. iste finis vltim⁹ illā volūtate q̄ est luxuria/ri non informat. sed pot⁹ ecōuerso illa voluntas istā intentionē deformat. q̄ vna intentio peruersa: plures deprauat volūtates. Nota: q̄ actio corporalis potest referri ad finē temporalem: dū modo post modū referatur ad deū. Actio autē spūalis: vt predicatio non p̄t referri ad finē t̄palem. etiā si illud t̄pale referatur ad deū. z h̄ est qd̄ d̄t augustinus. debem⁹ māducare vt euāgelizemus. non euāgelizare vt māducemus. Si autē in actibus finis proximus ponatur deus z finis vltim⁹ t̄pale puerissimus est ordo. Bñ autē licet p̄stituere duos fines. scz t̄palem z eternū: ita q̄ eternū sit finis vltimus.

Quid mereamur. Caplm XIII

**O**pera bona sunt meritoria trium. scz vite eterne. augmenti gratie/missionis pene. Primū itaq̄ scz p̄miū substantiale vite eterne respōdet radici operis. i. charitati. Premii vero accidētale respondet generi operis: sicut z augmentū gratie. quia operib⁹ excellentibus: z operibus superogationis mereamur maius augmentū gratie q̄salis operib⁹. Remissio autē pene respondet penalitati operis. Nā

opera que magis sūt penalitā: magis sunt meritoria remissionis pene. Est ei regula i theologia q̄ pena pene resolutoria est. Nota igitur q̄ licet tota vis merendi vitā eternā et etiam alia cōsistat in charitate. n̄ tñ totus effectus. qz merendi effectus cōsistit etiam penes magnitudinē operis. si cur patet in merito remissionis pene q̄ nō solū consistit in charitate: sed etiā in operibus penalibus. Et huius exemplū habemus in christo: q̄ meruit nobis apertionē ianue paradisi cū effectu. Hoc autē meritū nō erat in sola charitate: sed in charitate et in excellentia operis. i. in sua passiōe. Sciendū q̄ de premio substantiali meretur hō tñ vno ope: quātū p̄ mille manēte radice teadem z non crescēte. Valent tñ bñoi opa ad multa alia. Vñ? Jocūdat auget. stabili: peccata remittit. Debilitat. remouet. exercet. atq̄ repellit. Jocūdat. scz mentē stabilis scz virtutes. auget: scz meritū accidētalit premii. peccata remittit: scz ad penā q̄ iā dimissa sunt. q̄stū ad reatū p̄ grām. debilitat scz fomitem. remouet: scz accidētia exercitat. s. boiem in assuefactionē boni. atq̄ repellit scz temptationes diaboli. Nota q̄ primā grām nullus potest promereri p̄ prie. z hoc multiplici ratione. Prima. qz talis radicem merendi non habet. i. grām. Secūda propter status indignitatem. qz peccator non est dignus pane q̄ vescitur. Tercia qz nullius hoīs opus deo placet: nisi placeat ip̄e prius. vñ d̄t in gen̄: qz deus prius respexit abel q̄ ad munera ei⁹. Quarta qz naturalr̄ antecedit causa suū effectus sic z grā p̄cedit oē meritū. cu z ip̄a sit causa meritoria. Ip̄a enī fm̄ augusti. volūtate nō strā puenit vt velim⁹. z p̄sequit̄: ne frustra velim⁹. Gratia sicut supra d̄cm̄ est p̄ bonū vsū eius z merito cōdigni meretur augeri in via. vt aucta mereat z p̄fici p̄tia. z h̄ a deo: cuius est grām infundere. Augere z p̄ficere fm̄ comparōnē volūtatis nostre. nā sicut deus est gratie fontale principii in fluendū: sic ip̄e solus est principii agendū p̄ modū infundentis. Bñ vero per modū merendi z dignitatis. sed libez arbitrium per modū cooperātis. Sicut libez arbitrium per grām meretur merito cōdigni augmentū gr̄e in statu vici: sic etiā mereat meri

*Intentio p̄ que vnica licet magis in fine vnar̄ videretur q̄ in se referribiles intelligit*

*Intentio p̄ non informat orbem vnice penales p̄ h̄*

*Cono 7*

*Vita mereamur  
Opera bona tria merentur  
augmenti gr̄e  
Remissione pene  
Deus solo d̄t z auget q̄stū in p̄sequit̄  
q̄stū ad auget p̄ modū merendi  
z. auget p̄ modū operis*

De digno merito p. qm auger  
De digno merito p. Ipo  
De digno merito p. uia eterna

# Liber quintus

to codigni ipsius complementu in statu patrie. Quod aut ex condigno mereamur vitam eternam multe sunt cause. Prima e efficacia doni spū sancti cooperatis i merito. Secūda veritas dei pmittentis. Tercia persuasibilitas liberi arbitrii consentientis: z finaliter perseverantis. Quarta e: difficultas status merēdi. Quinta est dignitas christi nri capitis interuenientis: qd gloriificari debet cū suis mēbris. Sexta e liberalitas dei tribuentis que non decet p ua reddere. Septima obsequiū sibi fidelit obsequerantis. Octaua nobilitas opis qd ex charitate pcedit qd tū pōderat in cōspectu iudicis qm amor ex quo pcedit. z ideo non potest sufficienter nisi summo bono remunerari. Opera q nō sūt in charitate licet nō valent ad vitā eternā: valent tamē ad alia multa. Uñ ver? Aptat cor. scz ad susceptionē grē. minuit penā. s. ad illā que deberetur si non fieret illud opus non autem illam que iam debetur. Confert bona terre. scz spalia. occupat. s. ne sit homo interim ociosus. assuescit. scz ad bñ operandū. delectat scz mentē. mitigat. scz fomites arcet scz fluxū peccati. Ultimo sciendū scz q nullū bonū erit irremuneratū. z nulluz malū erit impunitū

## Diuisiones et dñe virtutis Capitulum XV

**V**irtutes sū macrobium qñs dicuntur politice qñs purgatorie. qñ purgati animi. qñ exemplares. Primas docet salomō in prouer. scōas i ecclīas. tercias in can. qrtas i deo legimus. Politice nāq dicuntur scōm q regunt vitam humanā quo ad opera exteriora: z fm q pugnat contra vicia. Purgatorie dicuntur fm q iam sunt in victoria viciorū: z respiciunt partim interiora: partiz exteriora. Purgati animi dicuntur: qñ iam deuictis vicis possessor virtutū quiescit: raro insurgentibus moribus primis. Exemplares dicuntur: que in mente diuina consistunt. nam ydee virtutū in deo sunt. qz ipse reruz omnū est exemplar. Aristotiles diuidit virtutes in intellectuales z consuetudiniales: Intellectuales aut diuidit in prudentiam artē: intellectū sciam z sapiam. Virtutes morales diuidit in principales q sunt

temperantia. fortitudo z iusticia. z adiunctas que sunt māsuetudo: liberalitas z bñ mōi. Virtutes quoq consuetudiniales in honestatem z liberalitatem Item philosophia moralis diuiditur in ethicā z conōicam z politicam. Hāc prima mores quo ad seipsum instruit. secūda familiam disponit. tercia vrbes z regna regit. Circa virtutes hic tenendū est: q cū vna sit gratia gratificans animā. septem tñ sunt virtutes quibus humana vita regitur. tres quidē theologice. z quatuor cardinales. et licet hec virtutes sint gratuite p informantem grām: pnt tñ informes fieri per culpā z itez informari p penitentiam adueniēte gratia que est habitū virtus. origo. finis z forma. De hac legesola charitas excipit que informis eē nō poterit sicut cetere virtutes: cū ipa sit virtutū forma. Nā cū habitus aliaz virtutū habētur sine gratia z caritate in quibus consistit vita virtutū: tñc sunt informes. cuz autē grā supuenerit: tñc formatur z decorantur ac deo fiunt acceptabiles. Uñ virtutes informes sūt sicut colores in tenebris. sicut carbones extincti. z sicut rami aridi. z sicut ale mortue. z sic aurum obscuratum z sicut gemme cōuerse in silices. E conuerso virtutes formate sūt sicut colores in luce. visibiles quidē z aspectui complacentes. z sicut carbones ardentes. z sicut rami virentes. z sicut ale viuentes ac volantes. z sicut auruz fulgens. z sic gemme vas aureū decorantes. Dñā est inter virtutes et pcepta z dona z fructus. z beatitudines. qz virtutes potentias disponit: pcepta opera respiciunt. dona operibus facultatem reddūt. fructus gustui sapozem spūalem apponūt. Beatitudines ipsi virtuti premiū siue vie siue patrie cōiungunt. Alia est dñā qz virtutibus operāur bene. donis operamur expedite. beatitudinibus operamur pfecte. fructibus vtimur

## Differentia virtutum theologicarum et cardinalium Capitulum XVI.

**D**ifferentia virtutū theologicarum z cardinalium est hec. qz virtutes theologice mouent in finem. scz cardinales mouent ea que sunt ad finem. Alia est differentia q theologicarū virtutuz

Septem virtutes  
res regitue hōis

De formatione z in  
formatione virtutū

Virtutes  
Pcepta  
Dona  
Fructus  
Beatitudines

Dñā virtutū theologicarū  
z cardinalium est hec. qz virtutes  
theologice mouent in finem. scz  
cardinales mouent ea que sunt ad finem. Alia  
est differentia q theologicarū virtutuz

Intellectuales 4  
Mortales 3  
Consuetudiniales 2

finis et obiectum est ipse deus. sed cardinalium virtutum finis est deus. et non obiectum proprie. Item virtutes theologice habentur per infusionem. cardinales vero per acquisitionem. Item virtutes theologice moventur ad opera ex rationibus sumptis ex iure divino. sed cardinales a iure naturali. Item virtutes theologice attendunt quantum ad actus interiores. sed cardinales quantum ad opera exteriora. Item theologice non habentur sine donis. cardinales vero sine donis possunt haberi. Item theologice sunt discretive actuum in deum. cardinales vero sunt discretive actuum in proximum. Item in theologice sic quod habitus generat actus. Sed in cardinalibus est e converso. quod ibi actus generat habitus secundum quod dicit philosophus. Quales inquit sunt actus. tales sunt habitus.

De virtutibus theologice in genere La. XVII

*Cono de recreacione imaginis 2. 3. theol.*

**F**irma quantum ad superiorē partē in qua desinit imago trinitatis reificari habet per tres virtutes theologicas. Un̄ sicut imago creatoris consistit in trinitate personarum et unitate eentitatis sic imago recreacionis consistit in trinitate habituum cum unitate gratie. Per hos autem tres habitus virtutum anima fertur in summam trinitatem secundum tria appropriata tribus personis. Intra quod fides dirigit in summe verum credendo et assentiendo. Spes vero in summe arduum innitendo et expectando. Caritas autem in summe bonum desiderando et amando. Virtutes theologice differunt inter se multipliciter. Primo secundum actus proprios. Nam fides facit deo assentire. spes deo confidere. caritas sicut deum diligere. Secundo differunt ratione subiecti. Nam fides est in rationali. spes in irascibili. caritas est in concupiscibili. id est ambe sunt in voluntate. que propter similitudinem actuum accepit nomen harum potentiarum. Tercio differunt ratione obiecti. Nam fides est circa verum. spes circa arduum. caritas circa bonum. Quarto differunt ratione effectus. Nam fides in presentia dei sequitur. spes in celum usque committatur. caritas per benigne amplectatur. Quinto differunt ratione finis. quod per fidem deus cognoscitur ut veritas. per spem habetur ut eternitas. per caritatem diligitur ut bonitas.

*2. 3. exemplum in dicitur. Vnde dicitur. in dicitur.*

De fide Capitulum XVIII

**I**usticie politice secundum macrobius est obseruare unicuique quod suum est. Iusticie purgatorie secundum eundem est ad unam huius positi viam unicuiusque virtutis officium conseruare. Iusticie purgati animi est ita cum supra mente sociari ut seruet cum ea sedus perpetuum imitando. Iusticie exemplaris est quod per benni lege a semper piterna operis sui commutatio non flectit. Partes iusticie secundum tullium sunt sex. religio. pietas. gratia. vindicatio. obseruantia. veritas. Religio secundum tullium est que superioris cuiusdam nature quam diuinam vocat curam cerimoniam affert. Pietas est per quam coniunctis sanguine et beniuolencie officium et diligens tribuitur cultus. Gratia est in qua amicitiarum et officiorum alteri memoria et remunerandi voluntas continetur. Vindicatio est virtus per quam ius et iniuria et omne quod obfuturum est defendendo: atque vltimando propulsatur. Obseruan-

tia est virtus per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam et honore dignantur. Veritas est per quam immutata ea que sunt aut fuerunt aut futura sunt dicuntur. Nota quod iusticia tam est virtus specialis quam generalis. Unde habes supra de virtutibus cardinalibus in genere. Iusticia dicitur in libro sapientie esse per te tua multiplici ratione. Primo quia perpetuat animam stabiliendo eam in loco debito. scilicet sub deo et super corporales creaturas. Secundo quia manebit in patria secundum essentiam et secundum usum. alie vero cardinales virtutes et si maneant secundum essentiam in patria: non tamen secundum omnem usum. temperantia enim non refrenabit motus illicitos. prudentia non cauebit ab insidijs. fortitudo non aggredietur terribilia. Iusticia pueritur tripliter scilicet amore videlicet persone vel pecunie. Isaie. Et qui iustificatis impium per muneribus. Timore. Euan. Nolite time re eos qui occidunt corpus. Rancore. Euan. Sciens quod per inuidiam tradidissent eum. Plura mouent ad rectitudinem iusticie. Primum est rectitudo humani corporis. quia ingerens valde est in recto corpore curuum habere animam. Secundum est: ut ait augustinus iusticia est in corde hominis naturaliter. Tercium est: quod bruta animalia docent multa que ad iusticiam pertinent. ut innocentiam concordiam et huiusmodi. Quartum: scriptura. Ecclesiasticus. Usque ad mortem certa pro iusticia. Effectus iusticie est quod beatificat. Barthei. Beati qui esuriunt et sitiunt. Et petrus. Si quid patimini propter iusticiam beati. Exaltat. Ecclesiasticus. Qui operatur iusticiam exalta. Appetitum concupiscentie refrenat. Isa. Erit iusticia cingulum lumborum eius. Locum in deo preparat. psal. Iusticia et iudicium preparatio sedis tue. A morte eterna liberat. Prouer. Iusticia liberabit a morte. Coronat. Tbi. Reposita est mihi corona iusticie Remunerat. psal. Retribuet mihi dominus secundum iusticiam meam. Iusticia consistit in fide. Aplos. Credidit abraham deo: et reputatum est ei ad iusticiam. In oratione. psal. Clamauerunt iusti: et dominus. etc. In sancta meditatione Ecclesiastici. Beatus vir qui in sapientia sua morabitur. et qui in iusticia medi. In humilitate. Barthei. Sic de

82  
Iusticia dicitur  
83  
Iusticia pueritur  
84  
Quatuor sunt Iusticia  
85  
Septem effectus  
Iusticia consistit in  
Iusticia dicitur

Religio  
Pietas  
Gratia  
Vindicatio  
Observantia  
Veritas

## Liber quintus

det nos adimplere omnem iusticiam. glo.  
Perfecta est iusticia subdere se minori.  
In eruditione Prover. Seminanti iusti-  
ciam merces fidelis.

De donis. Caplm XXXVII

**L**icet oēs habentur dari diuinitus:  
possent dici generalr dona dei spe-  
cialr tñ 7 a ppriate septem sūt do-  
na spūs sancti q̄ per ordinem ysaias enu-  
merat a summo incipiens vsq̄ ad vltimū.  
descēdēdo Septē dona sūt multiplicatōe  
Primo: vt p hoc expellantur septem vicia.  
Ita. s. vt timor expellat supbiā. pietas: in u-  
diam. scia iram: q̄ est q̄si infania. Fortitudo  
accidiā. consiliū auariciā. intellect⁹ gu-  
lam: sapientia luxuriā. Secūdo dicunt  
dona septē eē ppter expediēdas vires na-  
turales. nam irascibilis indiget expediti:  
tam in pspertis q̄ in aduersis. In pspis q̄  
dem p timorē. in aduersis aut p fortitudi-  
nem. Concupiscibilis indiget expediti q̄  
tū ad effectū respectu primi. quod fit p pi-  
etatez. 7 quantū ad affectū respectu dei. qd  
fit p gustū. Sapie. Ratio qdē indiget expe-  
diri in veritatis speculatiōe. quod fit p do-  
num intellect⁹. 7 in veritatis electione: qd  
fit p donū consiliū. atq̄ in electi executione  
quod fit p donū scientie. Per hoc enim do-  
num recte conuersamur in medio natiōis  
p̄raue atq̄ peruerse. Tercio dicitur eē sep-  
tem dona ppter regimē actiue vite 7 contē-  
platiue. Vita cōteplatiua tria dona debet  
habere. scz timorē ad reuerēciā maiestatis  
intellectū ad intelligentiā veritatis. sapiē-  
tiam ad gustū bonitatis. Actiua vero vita  
debet habere pietatem ad agendū: fortitu-  
dinem ad sustinēdū. sciam ad directionē.  
pietatis. cōsiliū ad directionē fortitudinis  
Plurima quoq̄ dona sūt ad intellectū spe-  
ctantia. qz lux cognitionis multū expedit  
ad dirigēdos pedes n̄ros in viam pacis  
Vel recta ppter eandē causam fit donoz  
combinatio: vt q̄si sp̄ adiungit vnū directi-  
num cū alio. qd spectat ad actionē v̄l passi-  
onē. Dicit gre. sup ezechi. q̄ sum⁹ p sapiāz  
maturi. p intellectū puidi. per cōsiliū cau-  
ti. p fortitudinē aiosi. p pietatem misericor-  
des. p timorē humiles

De dono timoris. Caplm XXXVIII.

**T**imor est: vt ait Augus. fuga ma-  
li. Species timoris sunt sex. Præ-  
mus est naturalis: quo quilibet ti-  
met naturaliter nocumētū nature. isleti-  
mor nō est meritorius: nec demeritorius.  
qz nō subiacet libero arbitrio. Et dicit natu-  
ralis nō a natura instituta: s; destituta. qz  
iste timor est pena p peccato primoz parē-  
tum inflicta. hoc timor christus naturali-  
ter mori timuit. Secūdo est timor hūi-  
nus: quo scz q̄s timet nimis pelli sue. Iste  
timor nascit ex nimio amore p̄ntis vite. et  
est q̄nq̄ mortalitatis actus ei⁹. i. cū pot⁹ pec-  
caret q̄s mortalr q̄ amitteret vitā suā. Et  
quandoq̄ venialis est: vt cū quis pot⁹ fa-  
ceret veniale peccatū: q̄ pmitteret se occi-  
di. Tercius est amor mūdānus. quo scz a-  
liquis timet nimis rebus suis. Dic nascit  
ex nimio amore rerū tēporaliū. Et est q̄nq̄  
mortal. q̄nq̄ v̄cial penit⁹ eodē mō q̄ dicitur  
est de humano. Quartus est timor seruil.  
quo scz q̄s timet peccare ppter gebennā p̄i-  
cipaliter Quintus est timor initalis. quo  
scz q̄s timet gebennā 7 dei offensā. vñ qua-  
si duos habet oculos. vnū ad penam. aliū  
ad deū. 7 hic est principalior. Sextus est  
timor filialis: q̄ scz timet quis offensam dei  
tantū mō vel separatōnem a deo. P̄terius  
p̄dictoz timoz sic accipitur. Aliq̄s timor  
est a spū scō: 7 cum spū scō: sicut timor ini-  
cialis 7 filialis. Aliq̄s est a spū scō. 7 nō cū  
spū scō: sicut timor seruilis. Aliquis est cū  
spū: sed nō a spū scō: cū nō sit donū sp̄itū  
sancti: sicut timor naturalis. Aliquis nec  
a spū: nec est cū spū scō: sicut timor hūman⁹  
7 mūdānus. quos nec spūs sancti gr̄a sc̄i  
compatitur: nec p sp̄m sc̄m datur. Est ad-  
huc alius timor reuerētie: q̄ solus inter ni-  
mos erit in prima. sicut dicit in psal. Ti-  
mor dñi sanctus pmanet in se. Reuerētia  
vero est resilitio a considerata magnitudine  
dei in p̄p̄iam p̄rauitatem. Timor dñi mul-  
ta bona operatur. Primo peccatū expellit  
Ecclesiā. Timor dñi expellit peccatum.  
Sapiām gignit. Ecclesiā. Radix sapiēt  
mor dñi. negligentiam abicit Ecclesiā. Iste  
Qui timet deū: nihil negligit. Bene dicit  
bilit. puer. Nisi in timore dñi tenueris te-  
stāter cito subuertet domus tua. Sp̄ia  
liter dicit. Psal. Non est inopia timentis

Timor dñi  
timor dñi  
septem

Manali  
humilis  
mundanus  
Timor  
seruilis  
Initalis  
Initalis  
Reuerētie p̄p̄ia

# Liber quintus

bua cũ Bona opera cumulat. Ecclesiasti. Qui timet deũ faciet bona. Eoz delectat. Ecclesiasti. Timor dñi delectabit eoz. Vita plonget. Ecclesiasti. Timor dñi apponit dies. Deuotionẽ irrigat. Ecclesiasti. Timor fõs vite. Eternaliter remunerat Ecclesiasti. Timenti deũ bene erit in extremis.

## De timore seruili Caplm XXXIX

**T**imor seruilis donũ est spũs sancti nõ in a spũs scõ est. sicut auroza e a sole. nec in est cũ sole. timor seruil in locũ spũs scõ pparat. et cũ sicut seta filũ introducit. sed seta sic filum introducit ve ipm precedat. sed nõ vt cũ ipõ pmaneat. si cut ait aug. Timor seruilis est bonũ quo nemo bñ vit. qz licet habitus timoris sũnilis bonus sit in se. scõm quẽ etiã donuz spũs est. tñ actus eius quõqz est peccatũ. Timor itaqz seruilis duo facit. Primũ est: qz reahit a peccato metu pene tñ Rõe primi bonus est. sed rõe scõi distinguitur. Unde norandũ est: qz vsus timoris seruilis duplex est: scz vel cũ vitur quis eẽntia habitũ tñ. vl cũ vitur seruilitate. Primo mõ vsus eius bonus est. nã ille vsus e abhorreere penas eternas. quod bonũ est: cũ si etiaz in timore inicali. Secũdo mõ vsus ei? malus. qz sic vsus ei? eẽt vitare malum et cor actione. p penã cuius tñ affectus habereẽt in volũtate. z sequeretur effectus si speraretur impunitas: vt ait augustinus. Et sic intelligitur dictum augustinũ qz ait Qz timor seruilis bonus est: non tñ qz timz seruiliter bene agit. qz agere bonuz est ex bonitate facti. sed agere bñ. i. meritoze est ex bonitate agentis qui agit ex virtute charitatis z grẽ De timore inicali Ca. XL

**T**imor inicalis idõ. sic dicit? e qz e prio i cipiẽtũ qz adhuc i angustia sunt sup pctõ suo qdõ miserũt. sed bec angustia foras mittit qñ cõscia seruat ad plenũ: Perfecta quoqz charitas dõ foras mittit in inicaliam timorem in quãtũ habet naturã timoris seruilis fm hoc scz qz habet oclz ad penam. Timor eniz inicalis habet duos oclõs vnũ ad glam. qui est ei eẽntialis. aliterz ad penã qui est ei accidentalis. scz timor seruilis eẽntialis. Preterea timor inicalis abstinẽt a peccato veniali ppter penam purgatorij in q casu potest cõuenire cũ ptez

cro qui etiam timet penã purgatorij: inq̃tum est dilatorza gle: siue separatiua ad tẽpus. Duplex e amor. scz filialis vt quo diligim? deũ ppter se tñ. z mercennarius. vt quo diligimus deũ ppter se principaliter. z secũdario habito respectu ad mercedem. Huic duplici amori responder duplex timor. scz filialis z inicalis. Nã filialis timor responder timori filiali. Inicalis vero responder timori mercenario

## De timore filiali. Caplm XLII

**T**imor filialis ppter timz offendere deũ qui etiam si ppter peccatũ non separatur a dõ: tñ a pctõ abstinẽtz ne ipm offenderet. Et in hoc differt timor filialis ab inicali. qui ppter e timor separationis. quia ppter conscientiaz pcti timet a dõ separari. Timor vero filialis tñ modo timet offendere deum. Alia est differẽtia. qz timor inicalis est imperfectoz. sed filialis perfectoz est Tertia est dñia qz cũ i timore pene duo sunt. scz punctio z cautela Ipsa punctio pertinet ad timorem inicalẽ. talis eniz punctio est eẽntia peccati de quo nescit an sit dimissum. Cautela vero pertinet ad timorem filialem. sicut eniz perfectus cauet peccatũ: qz deũ offendit. ita per consequens cauet penam. sed tamẽ per accidens. Timor filialis dicitur etiaz sanctus z castus

## De dono pietatis.

### Capitulum XLII

**D**onum pietatis consistit in tribus. scz in cultu dei. et in veneratiõẽ sacre scripture. z in honore proxioz Cultus dei consistit in pfessione diuine maiestatis. et hoc est theosebia. Veneratio sacre scripture consistit in hoc: vt ei firmiter credatur. vt sollicitè custodiat: vt fidelit dispensetur. Honor proximi consistit i reuerentia superioz. in conformitate equalium. in subuentione inferiorum

## De dono scientie.

### Capitulum XLIII

**S**cientie donum similem habet actum cum prudentia que est virtus politica: sed differũt in rõe agendi Prudentia eniz procedit ex principis iuris naturalis. scientie vero donum procedit ex principio fidei. Proprius actus

*Duplex amor  
amor ppter deũ  
amor ppter  
mercedem*

*Timor  
inicalis  
filialis*

*Timor inicalis et  
amor se ppter  
filialis est timor  
pne offendere*

*Donum pietatis  
in tribus*

*Donum pietatis  
in tribus*

*Donum pietatis  
in tribus  
in cultu dei  
in honore proximi  
in reuerentia superiorum  
in conformitate equalium  
in subuentione inferiorum*



## Liber quintus

De prima beatitudine

Capitulum XLVII

**P**upertas spūs sumitur hic p abo  
stinencia ab amore mūdi. id est ab  
amore carnalium voluptatum z  
diuiciarū ac pprie excellentie. Hec tria con  
plectitur amor mundi Unde dicitur in lu  
ca. Pauperes sunt qui non querūt illece  
broza. Super Math. quocq dicitur Pau  
peres spūs sunt humiles: deum timentes.  
Alia glosa dicit Pauperes sunt qui nihil  
habent: z omnia possident.

De secunda Caplm XLVIII

**M**itis ē sicut dicit oracius. q̄ nec patit̄  
nec deducit̄ Est autem miritas ea  
dem cū mansuetudine. Habet enī  
et glosa super Math. q̄ mansuetus est  
qui nullam animi amaritudinem sentit.  
Et potest dici q̄ mansuetudo est species for  
titudinis: z idem cum patientia. Differit  
tamen mansuetudo z patientia aliq̄ mō. q̄  
niam patientia est in sustinentia molestia  
rum corporalium. mansuetudo vero in sus  
tinentia contumeliarum

De tertia Caplm XLIX.

**L**uctus est lugere pro peccato: z o  
dire ipsum / ita q̄ insurgamus ad  
destructionem ipsius. Lugere at̄  
de malo ut fugiamus ipsum in quantum a  
uertit ab amoto: sic lugere est solius chari  
tatis. Lugere vero de aliquo malo specia  
li est cuiuslibet virtutis. Quilibet enī vir  
tus luget de suo contrario.

De quarta.

Capitulum I.

**E**suries iusticie est vehemens de  
siderium iusticie: siue summi siue  
boni. Esuries autē iusticie est beati  
tudo potius: q̄ esuries aliarū virtutūz car  
dinalium. quia per iusticiāz immediate cō  
iungimur deo: quod non fit per alias car  
dinales virtutes. Iusticia enim prout hic  
sumitur comprehendit fidem: spem z cha  
ritatem: que immediate iungunt nos dō

De quinta Capitulum II.

**M**isericordia est: per quam pro ter  
renis celestia meremur Opera mi  
sericordie sunt. xiiii. videlicet. vii.  
corporalia. z septē spūalia. Corporalia sūt

hec. visitatio infirmoz. potatio sitientia  
cibatio esurientium. redemptio captiuoz  
vestitio nudoz. collectio peregrinoz. sept  
tura mortuoz. Prima sep. de istis habem⁹  
in euangelio. septimum de thobia. Opera  
misericordie spūalia sunt hec. Delinquen  
ti ignoscere: peccantem corrigere. ignorā  
tem docere. titubanti consulere. mestū cō  
solari. p salute primi orare. iniurias susti  
nere. Et hoc vltimū p̄terea dicitur op⁹ mi  
sericordie. quia responsio mollis z humil  
patientia frangit iram. z hoc piū est. scz  
furorem irati mitigare.

De sexta Caplm. liij.

**M**undicia cordis est qua clarificat̄  
cor: z mundificatur ad videndum  
deum et ardentissime diligendum  
Accipitur autem mūdicia cordis hic non  
pro virtute: sed pro statu quodam: qui est  
purgati animi

De septima. Caplm. liij.

**P**ax est status virtutis in quo est di  
lectio in deo sine contrarietate vel  
contradictioe carnis mundi z dia  
boli. Vel si est aliqua: inefficax est. Vñ pa  
ter q̄ pax est stat⁹ purgatissimi animi: fact  
ficus magis attribuitur esse filios dei: q̄ a  
lius. quia licet misericordia maxime assimi  
let hominem deo quantum ad opera exteriz  
ora: tamen quantum ad interiora magis assi  
milat pax

De octava beatitudine Cap. liiij.

**O**ctava beatitudo de qua dicitur:  
Beati q̄ persecutionē patiūtur p̄  
ter iusticiā. q̄m ipsoz est regnū ce  
loz. Hec virtus scz sustinentia p̄secutionū  
p̄ter iusticiā annexa est paci. Cū enī pa  
cificus sit absq̄ contradicōne carnis. mū  
di z diaboli. Patet q̄ idēz paratus erit su  
per arectiam z temptationem mortis. Vñ  
sustinentia mortis p̄ christo in eodem gra  
du est cū pace. p̄ter hoc dicimus: q̄ octo  
sunt beatitudines quantum ad efficiāz. sed  
tantum septem quantum ad distinctionez  
graduum. quoniam supra pacem non est  
virtus alia. Dicit enim augustinus Pax ē  
finis z consumatio omnū virtutum. De  
taua beatitudo dicitur redire ad caput duo  
bus modis. Primo: quia idem p̄mū sibi  
p̄mittit qd̄ prime beatitudinis. s. regnū celoꝝ

*Numero opm me*

*Pax q̄ virtus*

*552*

*Octava Beatitudo q̄ p̄cedit  
in caput 705. 2<sup>a</sup>*

## ¶ Liber quintus

Secūdo quia omnes probat ab vltia vsq; ad primam vtz vere sint. Sic. Qualis vnusquisq; apud se latrat illata contumelia pbat. Ex pdictis colligit q; habitus virtutū cardinaliū pncipaliter disponūt ad exercitium actiue. Habitus vero donoz disponūt ad actus cōtemplatiue maxime. Habitus aut beatitudinū disponūt ad perfectionem vtriusq;.

De sensibus spūalibus. Caplm LV.

**O** Er sensus spūales pncipit aia spūalia. quia videt sponsi sui pulchritudinem sub ratione splendoris. Audit summā armoniā sub rōe verbi. Gustat summā dulcedinē sub rōe sapie cōpben-  
dentis vtriusq; scz verbū z splendorē. Odo-  
ratur summā fragrātiā sub rōe verbi inspi-  
rati in corde. Tāgit summā suauitatē sub  
rōe verbi incarnati. z inter nos habitātis  
corporaliter. z reddentis se nob palpabile  
z osculabilem p ardētissimā charitatē. Ex  
pdictis patet: q; sensus spūales dicūt per-  
ceptiones mentales circa veritatē cōtemplā-  
dam: Que quidē cōtemplatio incipit a sen-  
su: z puenit ad imaginatōes. De imaginatio-  
ne ad rōem. De rōe ad intellectū. De in-  
tellectu ad intelligentiam. De intelligen-  
tia ad sapientiā seu noticiāz excessiua: que  
incipit bic in via. z consumatur in gloria.

De fructibus spūs  
Caplm LVI.

**F** ructus duodecim nō dicūtur no-  
uus habitus. sed status consolati-  
onū quibus consolatur spūs in-  
froz. z iste delectatōes sequunt opera per-  
fecta. Sunt aut isti fructus. charitas. gau-  
diū. pax. patientia. longanimitas. bōitas.  
benignitas. mansuetudo. fides. modestia  
continentia. castitas.

De dulia z latria  
Caplm LVII

**L** atria est reuerentia z seruitus do-  
exhibita. Vñ si creature exhibet  
honor deo debitus est ydolatria.  
Latria cōprehēdit quinq; scz fidem. sapi-  
entia. reuerentiam. sacrificium. z orōnem.  
Prima duo sunt cordis. sequentia duo sūt  
operis. vltimū est oris. Dulia debet crea-  
ture in quantū est imago dī. Vñ dulia est  
amor qui debet sanctis. Vñ de bīā virgīe

sciendū q; in quantū ipa est psona sancta:  
debetur ei dulia: sed in quantū est mī dī de-  
betur ei yperdulia. i. superior dulia. Sane  
si psona cui debetur dulia est in plarōe cō-  
stituta: debet ei reuerentia tm. q; consistit i o-  
bedientia pceptoz. z in exhibitione bo-  
noz. Si aut est psona simplex: debetur ei  
reuerentia tm: que consistit in exhibitione  
bonoz. Ipdulia debetur creature excellē-  
ti: sicut est caro christi. beata virgo. crux xpi.  
Vnde sciendū q; ligno vere crucis xpi in  
q; pepēdit: debetur yperdulia etiā si non sit  
figuratiū: vt signū crucifixi. quia instrumē-  
tum fuit nostre redemptionis. Crucibus  
autem factis in quantū sunt ligna vel res  
tales nihil debetur. sed crucibus factis i  
signū christi crucifixi debetur latria. Ima-  
ginib; ei eadem debet adoratio que debet  
z illis quoz sunt imagines. Vñ non ima-  
gines in quantū sunt res facte. sed illa: q; pp  
imagines sunt adoramus

De pceptis in genere.  
Capitulum LVIII.

**R** eceptū est imperium faciendi  
non faciendi. Pceptozum: alia  
sunt affirmatiua. vt Honora pa-  
trem. alia negatiua. vt Non mechaberis.  
Pcepta affirmatiua stricte sumendo di-  
cuntur pcepta. sed negatiua prohibiti-  
ones. Pcepta affirmatiua obligant semp  
sed non ad semper. Negatiua vero obli-  
gant semper z ad semper. Pcepta decalo-  
gi possunt intelligi: vel data: vel innata.  
Primo modo pertinent tantum ad popu-  
lum israeliticum. Secundo modo om-  
nes obligant. quia quisquid continet de-  
calogus explicite: hoc cōtinet lex nature  
que scripta est in corde cuiuslibet implici-  
te. Istud enim pceptum est legis nature.  
Quod tibi non vis fieri: alij ne feceris. in-  
cludit hec pcepta. Nō occides. Non fur-  
tum facies. z huiusmodi. que decalogus  
ponit explicite. Quedam pcepta tradū-  
tur imperatiue. scz illa que sunt affirmati-  
ua. Quedam autem indicatiue: scz negati-  
ua. z hoc ideo. quia difficilius est facere  
bonum: q; declinare a malo. Ples er in fa-  
ciendo bonū requiruntur circūstantie. In q;  
buldam pceptis pbi bet actus z affect: vt

*Sensu pncipiū  
sunt pcepta  
mentales*

*Sedem } Sedes  
Sapientia }  
Latria yper } Reuerentia } Operis  
Sedes } Sacrificium }  
Oratio } Oratio*

Septem medij  
Luganuz

Lege nature  
Precepto diuino  
Voto decens  
Consuetudine  
Obis & Ordo

# Liber quintus

patet in his: Non mechaberis. Non concupisces vxore proximi tui. qz appetit nimis ordinatus est ad illa. In quibusdam solū modo phibetur actus. vt cū dicitur: Non occides. hoc dico scdm formam tradendi non scdm veritatem intelligendi. Nā fm veritatem intelligendi omnia precepta ne gatiua cohercet manū & animū; Multis modis ligamur. scz lege nature. vt est diligere deum super omnia. & nulli facere quod nobis fieri nolūm. pceptis diuinis Sic ligabatur adam pceptis sibi datis. & iudei suis voto. qz fm augusti. Vouerit est voluntatis: sed reddere necessitatis. Vñ quibusdam etiam consilia sunt precepta. sicut religiosi: qui vouerūt talia decretis patrum vt est ieiunare aliquas vigilias scōz & huiusmodi. Consuetudine scdm q in francia primogenitus succedit in regno. Vñ datis prelatorū. Vnde sup cathedra moysi sederunt scribe &c. Lōscia: qz scdm augus. qd fit contra conscientia: edificat ad gehēnā. Numerus pceptoz sumitur sic. Quia quedam ordinat nos ad deū: quedā ad primū: quod deus insinuare voluit: qñ in duabus tabulis illa dedit. In p̄ia tabula st̄ tria pcepta que pertinent ad deū. Quorūz primū pertinet ad patrē. quia est de diuina vnitāte. Secūdū ad filium. qz est de incōmutabili veritate. Tercium est ad sp̄sā/ctum. quia est de sp̄ali vacatōe. In secūda tabula fuerūt septem pcepta ad primū pertinentia. Quoz primū est de exhibēdis bonis: vt est illud. Honora patrem: & ma. Reliqua sex sunt de cauendis malis. que inferri p̄nt corde. ore. vel ope Opere ledimus proximū tripl̄. ppter quod dantur tria pcepta. Primū est. Nō occides Secūdū. Non mechaberis. Tercū. Nō furum facies. Ore quoqz ledimus primū & contra hoc est illud. Non loquaris contra primū tuū falsū testimonium &c. Corde ledimus proximū dupl̄. quandoqz scz respectu rei rōalis. De hoc dicitur. Nō concupisces vxorez proximi tui &c. Quā respectu rei irrationalis. De hoc dicitur. Non concupisces rem proximi tui. &c

De primo precepto.  
Capitulum LIX.

**R**eceptum primū tres habet clausulas. Prima est. Non habebis deos alienos coram me. Ubi phibetur adorare creaturam sp̄alem. i. angelos. Secūda est. Non facias tibi sculptile. & hoc est imagines fictas. que nulli rei naturalis sunt replicatiue. Tercia est. Ne qz omnē similitudinē scz imaginem rei naturalis: & sequitur. Que est in celo desup: vt solis & lune. & que in terra deorsū. vt hominis. bouis: & similitū. Neqz eoz que sūt in aquis sub terra. i. pisciū. nō adorabis ea scz actu exteriori: neqz coles scz affectu interiori. Ex his patet: q non reprehēduntur christiani qui faciunt imagines: non quidem ad adorandū & colendū. sed ad memorandum. Donor autē qui exhibet sanctos non est latrie: sed dulie. Scdm rationē allegoricā Prima clausula huius pcepti ostendit iudeos & sarracenos esse ydolatras. quia deos habent alienos. Iudei qz dem messiam. i. antichristum. Sarraceni machometū. Contra scdm scz. non facies tibi sculptile faciunt heretici q nō credunt de deo: nisi q imaginationē & fantasiā con fingūt. Cōtra tercium faciūt mali christiāi qz supbus colūt similitudinē eoz q sunt in celo desup. Nā sup oia diligūt platurā. Auarus colūt similitudinē eoz q sunt in terra. Voluptuosi colunt similitudinē eoz q sūt in aq̄: s̄ ē delicias. Descōo. La. LX.

**S**ecundū est Non assumes nomen dei tui in uanū. Sic phibet iuramentū & piurium: qd fit sine causa. Utriusq̄. s̄. p nullo iurās & falso iurās assumit nomē dei in uanū. Qz primus sine causa nomiae summā veritatem. Secūdus at nō iuram cōtemnit. Tribus modis peccat q̄s in piurio vel piurando contra conscientiam. vel iurando illicitum. vel veniendo contra iuramentum. Preterea sciendum q iuramentum quod quis facit contra conscientiam sonat in bla sp̄hemiam. vt quādo iurat q̄s per intestina dei vel similia que sonāt i tr̄ reuerentiā. sic qñ q̄s iurat p vulnera xpi. facit peccatū mortale. v̄ grauat v̄iale. etiā si verū ē qd iurat. Istō pceptū nō solū intelligit fm p̄cāz rōez lr̄le. sed etiā scdm intentiōnem moralem. Assumit enim nomē dei multipliciter in uanū. s̄. corde. ore. & ope. Loz

pm pcepti h  
nos. lausulibz 10

552

51

De primo

552

Ordo  
Ore  
Opere

# Liber quintus

de sicut mali qui nomine tantum sine re dicuntur christiani. qui licet sacramentum baptismi perceperunt: tamen sine re sacramenti. i. gratiam non habent. Ore scilicet mala iuratione. voti transgressione. predicatione que fit vana intentione et in deuota oratione De qua dicitur. Populus hic labiis me honorat. cor autem eorum longe est a me. Operum que propter nomine domini assumunt in simulatione operis exterioris: non in pietate cordis. Unde sumunt istud inuani. quia receperunt mercedem suam

## De tercio Capitulo LXI

**Q**uartum est: memento ut diem sabbati sanctifices. non facias omne opus. In hoc precepto quoddam est morale: ut vacatio que est ad deum orando. colendo. meditando. quoddam est ibi ceremoniale. ut assignatio diei septime que figurabat tripologicam cessationem a peccato. Allegorice quietem christi in sepulchro Anagorice requiem eternam in celo. Istud ergo preceptum tripliciter potest intelligi. Primo generaliter ut celsimus ab operibus. Secundo specialiter: ut celsimus ab operibus corporalibus que impediunt vacationem ad deum. Tercio specialissime: ut est in viris contemplatiuis: que ab omnibus mundanis se separant: ut totaliter deo vacent. Prima vacatio est necessaria. Secunda debita. Tercia perfecta. Sciendum ergo quod sabbatum dicitur requies siue vacatio ad deum: sic dies dominica potest dici dies sabbati. et quelibet dies cessandus est ab opere seruilium. i. a peccato. et ab opere impediente vacationem ad deum. Opera enim seruilium determinant ab ecclesiastica significatione. Opera mechanica agricultura mercatum placitum

## De quarto Capitulo LXII

**Q**uartum est. honora patrem tuum et matrem tuam. Huic precepto additur promissio: scilicet ut sis longeuus super terram. quia congruum est: ut seruatio vite aliene mereatur seruationem vite proprie. Unde dicitur in hoc mandato homo: qui est principium per generationem quoad esse nature ut per carnalis. Vel qui est principium promissio ministerium regenerationis quo ad esse gratie: ut prelati spiritualis Sumitur alio modo per non

firmam rationem propriam sed communem per sene qui dicitur pater etate. Vel per rege: que dicitur per defensione. Honor intelligi hic dupliciter scilicet in obedientia et reuerentia. Sed obedientia diuersificatur secundum diuersitatem partium. Quia per spirituali debemus obedire. in spiritualibus. prelati seculari. scilicet regii et popularibus reipublice. Patri carnali in dispositione rei familiaris.

## De quinto. Capitulo LXIII

**Q**uintum est: Non occides. Dicitur explicito omnis motus ire contra proximum siue ille sit cordis tantum. ut ira. siue oris. ut contumelia. siue operis. ut percussio contra mortem. Vel depilatio prohibetur hic deus occisio iniusta. Sed iniusta fit tripliciter. scilicet ex causa: ut in illo qui occiditur sine culpa. Vel ex ordine: ut eum ille qui non est minister legis occidit. Vel ex animo: ut quando minister quidam legis occidit. sed libidinem dicitur: non ex amore iusticie. Distinguitur homicidium genus dupliciter: scilicet verum quod dicitur corporale. et interpretatiuum quod dicitur spirituale. Homicidium spirituale duobus modis fit. Uno modo obmittendo: ut cum quis videt alium in extrema necessitate et non subuenit ei. interpretatiue dicitur eum occidisse. Alio modo committendo. et hoc quandoque corde. scilicet odio. Joh. Qui odit fratrem suum: homicida est. Quandoque ore. scilicet detrachendo: quia ille cui detrachitur: occidit in conscientia illius que audit detrachonem. in qua prius vivebat per bonam famam. Quandoque opere. scilicet malo exemplo alij occasione ruine prestando. et tunc interpretatiue dicitur illum occidere

## De sexto Capitulo LXIII

**S**extum est. Non mechaberis. In hoc precepto sicut dicitur Augustinus: prohibetur omnis illicitus concubitus. et illorum membrorum omnis illegitimus usus. De hac materia querere supra libro tercio: in capitulo de luxuria. et in capitulo sequenti.

## De septimo Capitulo LXV

**S**eptimum est. Non furtum facies. Hic secundum Augustinum prohibetur omnis correctio rei aliene ex cupiditate. Correctio rei aliene potest fieri licite tribus modis. Primo modo quando non ex causa

Vitium morale  
sup omnibus ceremoniale

hic de honore  
viri principis

Matre  
Pater  
Spouse  
Emte  
Defensione

In septi prohibet  
viri auerere p[er] 3. b[er] n[on] b[er]  
Linte

# Liber quintus

piditate: sed obedientia sicut fecerunt filii israel auferendo vasa egiptioꝝ. Secūdo qñ fit ex cautela. vt si aliquis furetur gladiū furi osinesibi vel aliū noceat. Tercio qñ fit ex necessitate: vt cū quis esuriens furat panē quia in necessitate sunt omnia communia

## De octauo Capitulum LXVI.

**O**ctauum preceptum est. Non loq̄ris contra proximiū tuum falsū testimoniu. hic prohibetur om̄e genus mendaciū: sicut dicit aug⁹. Quod de/terminatur per tres differentias. Est enī mendacium p̄nciosum quod nocet. officiosum quod prodest. iocosū qd̄ delectat. Includitur etiam in hoc p̄cepto taciturnitas veritatis tempore necessitatis. tamē causa et oportunitas facit ipsam taciturnitatem veritatis esse licitam.

## De nono et decimo preceptis.

### Capitulum LXVII

**N**um preceptum et decimum est hoc. Non concupisces domū pr̄mi tui. Nec desiderabis vxores ei⁹ non seruū nec ancillam. non bouem. non asinū. nec oīa que illius sunt. Duo prohibentur hic. scz concupiscentia carnis i vxore pr̄mi: et concupiscentia oculoꝝ in re aliena. nā ad hec duo maxime inclinatur natura corrupta. ad vnū propter conseruationem sui in esse speciei. ad aliud p̄pter conseruationem sui in esse indiuidui. Hic nō p̄hibetur appetitus qui est ex corruptiōe fornicationis. vel delectatione sensualitatis. qz impossibile est qd̄ ille concupiscentie non sint in nobis. sed prohibetur appetitus qui est ex consensu rationis. Quamuis istud p̄ceptum ad duo determinet tm̄: tamē intelligitur ibi prohiberi vniuersaliter omnis concupiscentia male voluntatis.

## De consilijs in genere. Cap LXVIII

**C**onsilium put̄ diuidit̄ cōtra p̄ceptū est persuasio boni melior⁹ ad quod non tenemur. Consilia i ml̄tis differūt a p̄ceptis. p̄mo: qz ad p̄ceptum tenemur. ad consilia vero non. qz p̄cepta seruare est necessitatis. consilia vero voluntatis. Item lex verus dat p̄cepta. euangelii vero psuadet consilia. Item cōsiliū pertinet ad perfectos. p̄ceptū autē

ad perficiendos: sed promissio ad imperfectos. prohibitio vero ad peruersos. Precepta separant nos ab illicitis: sed consilia a concessis. Item per p̄cepta declinam⁹ peccatū: sed per cōsiliū declinamus occasiones peccandi. Item p̄ p̄cepta maxime negatiua penam fugimus: sed per cōsilia p̄mia cumulam⁹. Item cōsiliū seruatiū affert premiū. non seruatiū nō adducit suppliciam. Item ad p̄cepta constringimur ex debito: sed ad consilia nō: nisi ex voto. Itē cōsiliū p̄ votū fit p̄ceptū: sicut ait augustinus. Vouere inquit est voluntatis. reddere vero necessitatis. Item melius est deuotum in minoribus q̄ in deuotum i maioribus p̄missionibus inuenire. Vñ melius est nuda p̄cepta seruare q̄ se ad consilia obligare. et in his negligentē esse. Nota qz in legem moysaica fuerūt iudicia et ceremonialia et moralia. Lex autē euangelica iudicia temperabat partē auferendo. figurat euacuat. rerum veritates exhibendo. p̄cepta consummat adiungendo. Adde autem instructionem documentoz. p̄missionem premioꝝ. et p̄fectionem cōsilioꝝ. Et ideo dicitur lex moysaica differre ab euangelica. quia illa figuratiua: hec veritatis illa pene. hec gratie. illa litteralis: hec sp̄sialis. illa occidens. ista viuificans. illa timoris. hec amoris. illa seruitutis. ista libertatis. illa oneris. ista honoris

## De consilijs euangelicis in sp̄e La. lxx.

**C**onsilia que christ⁹ adiecit p̄ceptis ista sunt. Primum est pauperis qz consistit in abdicatione proprietatis. Unde lu. Qui non renunciauerit omnibus que possidet: non potest meus esse discipulus. Barthei Omnis qz reliquerit domū vel fr̄es aut agros et p̄pter nomen meū: centu. ac. De hoc iero. di. mo/nachus habens denarium: non valet obuium. Secūdū est obedientia. Vñ illud. super cathedram sedebunt scribe et pharisei. quod dicūt facite. opera autē eoz nolite facere. Barthei Si quis vult post me venire: abne. se. et Sciendū autē qd̄ duplex est obedientia scz p̄fecta que se extendit ad oīa que non sunt contradic̄tū vel contra regulam quā quis profess⁹ ē. et que dispensatōni prelati non subduntur. De hac obedien

Superioris legis no  
euangelice vel x

pr̄m cōsiliū est  
p̄ p̄cepta

et obedientia

Pr̄ceptum  
Cōsiliū

*Dux obedientie  
Trippem i hons  
militum p form hie  
Sylu*

tia. Bernar. Perfecta obedientia leges ne  
scit criminis. non artatur. non pntinetur p  
fessionis angustia. Ad hanc nullus tenet  
debito necessitatis: sed solum perfectionis  
sicut tenemur semper emulari carismata  
meliora. Alia est obedientia imperfecta: sus/  
ficiens tamen ad salutem. quia quis obe/  
dit tantu in his que seruare promissit. vel i  
his que in illis implicite continetur. vt sic  
sunt illa: sine quibus religionis professio  
no seruat. vt recipere officia z huiusmo  
di. z talis obedientia necessitatis est. Luz  
ergo dicit beatus benedictus in regula: q  
si prelatus precipiat aliquid impossibile:  
temprandum est facere. loquitur de obedi  
entia perfecta. quam du seruat subditus i  
his ad que non obligatur ad prelati pcep/  
tum: consiliu est z magne perfectionis: z n  
necessitatis. sed si seruat ad simplicem ad/  
monicionem: tale quid maioris perfectio  
nis est. Tercium consilium est castitatis.  
de qua dicit euan. sunt eunuchi: qui seip/  
sos castrauerunt. propter regnum celorum  
Ad idem pertinet illud Barbei. Audistis  
quia dictum est antiquis. non mechaberis  
ego aut dico vobis. qui viderit mulierem  
ad concupiscendam eam. zc. Dico n dicitur  
q non solum damnabilis est consensu ad  
opus mechie: sed etiam consensus ad dele  
ctandum. ¶ Nota q concupiscere ex subi  
to motu: veniale est: sed concupiscere ex de  
 liberatione perficiendi. mortale est. Predi  
cta tria consilia sunt spiritalia z substan/  
tialia omnis perfecte religionis. quia suos  
obseruatores elongant a malo: non solus  
quantu ad culpaz: sed etiam qstum ad cau  
sam. Omne namq malum oritur ex tripli  
ci radice. scz ex concupiscentia carnis. z co  
cupiscentia oculoꝝ z superbia vite. predca  
vero tria consilia perfecte nos elongat ab  
 hac radice triplici. ¶ Quartu consilium e  
 charitas. Barbi. Diligite inimicos vros  
 Illud quantu ad dilectionem affectus est  
 preceptum: sed quantum ad dilectiones ef  
fectus est consilium. quia inimico velle gra  
tiam z gloriam necessitatis est: sed ondere  
 illi signa benivolentie: hoc perfectionis z  
 consilij est. Unde ad hoc non omnes tenet  
 tur. Sane negare homini signa familiari  
tatis quado veniam petit. vel quando ne

*31 Consilium est  
Castitatis*

*Consensu ad dele  
ctandum p hiber*

*2 Diligite inimicos  
omnes p hiber  
p hiber*

cessitas exposcit: vindicta est. Vel quado:  
si ille qui hostis habetur: ad familiaritate  
ingerit si habeatur presumptio q no simu  
late vel irrisorie faciat. quia tunc diligit. et  
inter amicos deputandus est. Sed q ali  
quis vltro se ad familiaritates inimico in  
gerit: hoc perfectionis est. Unde q aliqs  
iniuriam passus reconciliationem querat  
z amicitiam: non est debitum necessitatis  
sine quo non est salus: sed est perfectionis  
z consilij: quo magnum expectatur premiu  
 Quintum est mansuetudinis. Barbei.  
 Si quis te percusserit in vnam maxillam  
 prebe z ei aliam. hoc sic intelligitur. paru  
tus sis aliam patienter sustinere: z illis co  
siliu est patientie respectu lesiois corpo  
rum. Sed ad idem pertinet illud quod e  
 patientie respectu ablatonis rerum. sicut e  
 illud. Qui tecum vult iudicio contendere  
 z tunicam tollere: relinque ei z pallium

¶ Nota q contingit sua repetere coram  
 iudice fidei triplr. aut cum contentione et  
 fraude. aut cu charitate. Primu nulli licet  
 secudu vero licet infirmis z imperfectis. p  
fectis aut non. Unde non repetere consi  
 lium est infirmis. pfectis vero preceptum.  
 Illis aut qui abrenunciauerunt pprietati n  
 licet repetere sua vt sua. sed vt congregato  
 nis. nec ppter se: sed propter commune bo  
 num. Sextum consilium est misericordie  
 z erogationis. vt illud. omni petenti te tri  
 bue. et illud. si vis perfectus esse: vade z ve  
 de omnia que habes: z da pauperibus.

¶ Nota q dare supfluu in extrema necessita  
 te est necessitatis: sed dare quibus egemus  
 est consiliu. Augustinus. Melius e min  
 egere: q plus habere. ¶ At dicit dñs Dia  
 que vultis vt faciant vobis homines: vos  
 facite illis. sic intelligenduz est. quecumq  
 vultis rationabiliter: z dictante charitate  
 vt faciant vobis zc. ¶ Si peteremus rem  
 aliquam: z non indigeremus: non vellemus  
 rationabiliter dari nobis. ¶ Septimu co  
 silium est de simplicitate vrbor. vt ibi. si  
 sermo vester est. est. non non. cui sensus est  
 si affirmatio vel negatio. est in ore / sit z in  
 corde. Ad hoc consilium reducitur z illud  
 audistis quia dictum est. non periurabis.  
 ego autem dico vobis non iurare omnino

¶ Nota q iurare quantu ad infirmitate

*Sextum Misericordia opo  
Septimu Simplicitas vrb*

# Liber quintus

pertinet. permissionis est. non iurare autē  
 q̄tū ad p̄fectionē p̄tinet: consiliū est. Prohi-  
 bet autem dominus iurare per creaturā  
 sc̄z per celum. per terram. per capillum. p̄-  
 ter idolatriam. ne sc̄z credamus aliqd̄ nu-  
 minis esse in illis. Funt tamen interdum  
 iuramenta per euāgelium et cruce. i. per  
 cum cui hec sunt dedicata. **O**ctavū est.  
 de vitanda occasione peccati. Unde dicit  
**S**i oculus tuus scandalizat te. erue eum et  
 proi. a. t. f. m. augustinū nulluz mēbrum ad  
 litteram erui p̄cipitur: sed occasio peccādi  
 potest enī occasio esse et aspectu: et tūc ocu-  
 lus scandalizat. cū autē sit bona intentōne:  
 tunc oculus dexter est. vel potest esse occa-  
 sio ex contactu. et cū bona intentione: tunc  
 manus dextra scandalizat. Itē potest esse  
 occasio peccandi ex alio: et hoc a consiliario  
 qui dicitur oculus. vel ab adiutorio q̄ di-  
 tur manus. et dexter qui est consiliarius v̄l  
 adiutor in sp̄ialibus. Huiusmodi ergo si  
 scandalizant: abijcienda sunt. qz occasiōes  
 peccandi sunt fugiende. **N**onū consili-  
 um est de rectitudie intentionis ac simpli-  
 citate finis. Unde dicitur. Attendite ne in-  
 sticiam vestrā faciatis corā hominib⁹: vt  
 videamini ab eis. Item illud nesciat fini-  
 stra tua quod fa. dex. t. Item sic luceat ope-  
 ra vestra coram hominibus: vt glorificet pa-  
 trem vestrū qui est in celis. De his nota. qz  
 conuigit constituere duos fines sc̄z tēpora-  
 lem et eternū. si eternus est finis vltimus:  
 hoc bene licet. actio autem sp̄ialis: vt pre-  
 dicatio non potest referri ad finem t̄palem  
 ita qz illud tēporale etiam referatur ad de-  
 um. quia non sunt faciendā mala vt eueni-  
 ant bona quecūqz. et hoc ē: qz ait angustin⁹  
 non debemus euāgelizare vt māducem⁹  
 sed manducare: vt euāgelizem⁹. **N**ota  
 etiam qz tenemur illos actus referre ad de-  
 um quoz habemus dominium ex imperio  
 rationis: vt est manducare. eligere. cogita-  
 re et similia. sed non tenemur referre actus  
 virium inobedientiu⁹ rationi. vt est nutri-  
 tiua respiratiua. et huiusmodi. **D**ecimus  
 consiliū est de cōformitate operis ad do-  
 ctrinaz. vt ibi. alligant onera grauiā et im-  
 portabilia. digito autē suo nolūt ea mouerē  
 dicunt enim et non faciunt. Ad idem ypo-  
 criā. Eūce primum trabem de oculo tuo:

et tunc festucam in oculo fratris tui. **N**ota  
 qz in predicatione asseritur aliquando ten-  
 cio generaliter. sc̄z de his que pertinent ad  
 statum salutis. Aliquando vero asseritur  
 tentio sc̄m statum p̄fectionis. vt potere/  
 ligitōis. Primo mō tenetur predicator fa-  
 cere quod dicit. cū asserit omnes ad hoc te-  
 neri. Secūdo modo non tenetur nisi et ip-  
 se p̄fectionem illam vouerit. **U**trū autē  
 malus peccet predicando: distinguitur. qz  
 existens in peccato notorio peccat: qm̄ pre-  
 dicat: sine ex necessitate officii hoc faciat. si-  
 ue ex voluntate quia scandalizat. **E**xistēs  
 autem in peccato occulto si predicat et nō  
 studet ex dicto suo cōpungi. adhuc videtur  
 peccare. qz videtur contemnere. **A**ndeci-  
 mū consiliū est de vitāda sollicitudie vt ibi  
 Nolite solliciti ee. et ibi. Nolite cogitare de  
 crastio et c. **S**ciendū igit qz t̄p̄le ē sollicitudo.  
 Prima est laudabilis. et ē p̄uidentie sp̄ial  
**U**n apls ad corinthi. Qui sine yroze solli-  
 citus est que sūt d̄m quomodo placeat dō  
 Item ad roma. de prelatis Qui p̄est i so-  
 licitudine. Secūda est tolerabilis. et ista so-  
 licitudo cure temporalis. quoad corpus.  
 Lu. Martha martha sollicita es et tur. er-  
 ga plu. Tercia est vituperabilis: et ista ē su-  
 perflue thesaurisationis quo ad auariciāz  
 Ecclesial. Peccatori dedit deus afflictionē  
 vt addat et congreget. et hec vanitas et cassa  
 sollicitudo mentis. Sollicitudo p̄ia p̄eci-  
 pitur. secūda permittitur. tertia p̄hibetur  
 Duodecimum est fraterne correctōis vt  
 ibi. Si peccauerit in te frater tuus: corripe  
 illū et c. **N**ota qz corripere fratrem quando  
 q̄ est consiliū. vt quādo corripitur sup-  
 venialibus. Quandoqz est p̄ceptum: vt  
 corripere de mortalibus. et isto secūdo mō  
 ad omnes pertinet et obligat semp: sed nō  
 ad semper. qz pro loco et tempore sc̄z qm̄ va-  
 cat et licet et creditur qz vtilis sit correctio.  
**S**ciendū qz triplex est correctio sc̄z amoris  
 timoris. pudoris. Hūc ordinē fraterne cor-  
 rectionis docet d̄ns in euāgelio. Primo  
 enim inuit fratrem reuocādū amore. cuz  
 iubet eū singulariter conuenire dicēs. cor-  
 ripe eū inter te et ipsum solum. Si hoc nō  
 vult: docet eū secūdo ee reuocādū timore  
 ybi ait. Si te non audierit: adhibe tibi v-  
 nū vel duos testes. Tercio docet. vt si nec

En p̄dicator t̄p̄le  
revertit̄ p̄dicat

En p̄dicator peccat  
predicando

Vnde dicitur qz  
vino sollicitudo

874

Duodecimum est  
fraterne correctio

Nonū Recordando in tenonij  
De omni confirmans opoz

## Liber quintus

hoc valuerit q̄ renocetur pudore. vnde dicit: q̄ si nec illos audierit dicecclesie. si nō ecclesiam sit tibi sicut ethnicus ⁊ publica/nus. i. excommunicari debet. ⁊ sic deuitari. Sane predictus ordo fraterne correctionis intelligitur tantū de criminalibus qz de culpis communib⁹ solent claustrales se in suis capitulis accusare non premissa admonitione. Verum tamen accusans aulium: caueat diligenter. ne hoc faciat ad infamandū: sed ad corrigendum. quoniā. si quis ex deliberatione cōtrariū faceret: mortaliter peccaret

Explicit liber quintus

Incipit prologus sexti libri.

**Q**uestis medicus/humani generis reparator: tali modo sanauit egrotum: sicut optime compe/tebat egrotanti ⁊ egritudini: et occasione egrotandi: ⁊ ipsius egritudinis curationi. Egrotus igitur homo ē. Morbus autem originalis culpa est. Nigovero istius culpe licet principaliter fuit ex cōsensu rationis: occasionem tamen sump/fit ex sensibus carnis. Ad hoc ergo q̄ medicina responderet morbo: oportuit q̄ nō tantum esset spiritualis: verum etiam aliquid haberet de sensibilibus signis: vt sicut sensibilia signa fuerūt anime occasio labendi: ita essent ei occasio resurgendi. Propterea medicina nostri vulneris consistit in ecclesiasticis sacramentis

Incipiunt tituli Sexti libri

Diffinitiones sacramenti	i.
De institutione sacramentoz	ij.
De effectu sacramentoz.	iiij.
De numero sacramentoz.	liij.
De dispensatione sacramentoz	v.
De caractere ⁊ iteratione sacramētoz	vi.
De differentia sacramentoz.	vij.
De baptismo.	viiij.
De cathezismo ⁊ exorcismo	ix.
De confirmatione eucharistie.	x.
De sacramento eucharistie	xi.
De dignitate eucharistie ⁊ de mirabilibus	

in ea	xij.
De effectu eucharistie	xiiij.
De sumentibus eucharistiam ⁊ modo sumendi	xv.
De abstinentiarum communione	xvi.
De officio misse	xvii.
De negligentis que fiunt in missa	xviii.
De sacramento penitentie.	xix.
De qualitate penitentie	xx.
De effectu penitentie.	xxi.
De partibus penitentie in comuni	xxii.
De contritione.	xxiii.
De confessione	xxiiii.
De qualitate ⁊ effectu cōfessionis	xxv.
Lui debeant fieri confessiones	xxvi.
De signo confessionis	xxvii.
De satisfactione	xxviii.
De partibus satisfactionis in comuni	xxix.
De singulis partibus satisfactio/nis	xxx.
De iustificatione impij	xxxi.
De penitentie venialium	xxxii.
Per quod dimittatur veniale	xxxiii.
De extrema unctione.	xxxiiii.
De sacramento ordinis	xxxv.
De qualitate ordinandorum	xxxvi.
De ipsa ordinatione	xxxvii.
De matrimonio	xxxviii.

Explicit tituli sexti libri

Incipit liber sextus. De diffinitione sacramenti. Capitulū I.

**S**acramentum est: vtriusque angustinus: inuisibilis gratie visibilis forma. Hec diffinitio generalis est: ⁊ cōuenit sacramentis tam noue legis: q̄ veteris. quia tam illa q̄ ista sunt ex similitudine representatiua: ⁊ institutione significantia. Scdm autem q̄ eadem diffinitio conuenit sacramentis noue legis: sic supplenda est ita vt eius similitudinem gerat: ⁊ causa existat. qz nō

*Quod sacramentum sit  
multiplex*